ad argumenta in oppositum adduc-
ta Respondere. Primumque argu-
mentum illam deponere difficult-
tatem cuiusnam potest esse actus fru-
ctus. cui satisfacit prima conclusio ex
his

bus quas proposuimus, sed urget
 argumentum propositum, quod fructus
 beatitudinis capimus per intellectum
 magis quam per uoluntatem, ergo frui-
 tio non est actus uoluntatis, et con-
 firmat quod perfectissima bonitas o-
 peratio qualis est fructus, debet esse
 actus perfectissima potentia, qualis
 est intellectus.

Secundo ad idem arguit quod dicit
 Augustinus visio est tota merces, sed
 merces totius meriti consistit in frui-
 tione diuinitatis, ergo fructus est essen-
 tialiter visio, sed visio est actus intel-
 lectus, ergo et fructus.

Tertio arguit quod dicit quod sit actus om-
 nium potentiarum, premium enim
 respondet meritis, sed bonus meretur per
 omnes potentias, ergo secundum omnes
 premium abitur, sed premium est ipsa fru-
 ctus, ergo fructus est omnium potentia-
 rum.

4^o quod Augustinus dicit quod bonus in ce-
 lis pascua interioris in diuinitate sal-
 uaturus, et exterioris in humanitate, er-
 go uidetur quod tam uires exteriores, quam in-
 teriores fruere.

5^o quod uidetur quod nullius omnium poter-
 tis sit, omnis enim actus denominat
 a potentia cuius est, sicut intelligere
 ab intellectu, sed frui non denominat
 ab aliqua potentia, ergo nullius est

Subterius quæritur cuius habitus actus
 sit. videtur enim quod tantum sit charitatis
 constat enim. 1. cor. 13. quod charitas est
 virtus perfecta. sed secundum philoso-
 phum felicitas est actus virtutis per-
 fectæ, ergo finis in qua est totus
 tra felicitas est actus charitatis. et
 confirmatur ex definitione Augustini
 inducta in lucem. in qua dicitur quod finis
 est amore inherere est
 et ex alia parte arguitur videtur enim
 non tantum sit charitatis ad finem
 nem enim tria concurrunt perfecta vi-
 so, plena comprehensio, et inhe-
 ritus consummatio. ergo videtur quod eti-
 am sit actus succedentium fidei et spei
 et confirmatur hoc idem quæstionem per
 fructuositatem coniungitur deo. sed om-
 nis virtus coniungit nos deo. cum sit
 dispositio perfecti ad optimum. ut dicitur
 in 7. ethic. ergo finis est actus se-
 cundum omnem virtutem.

Sed tamen non obstantibus primis nos-
 tra conclusio vera est. et ad primum
 argumentum principalis questionis
 Respondetur quod appetitus semper sequit
 cognitionem. unde sicut inferior pars
 habet sensum, et appetitum. qui dicitur
 in irascibilem, et concupiscibilem.
 ita superior pars habet intellectum
 et voluntatem. quorum intellectus
 est altior secundum originem, et us-
 que secundum perfectionem, et simi-
 lis ordo est in habitibus, et in actibus sui
 scilicet

cet visionis et amoris, fruitio autē
 nominat altissimam operationem
 quantum ad sui perfectionem.
 patet etiam ex hoc solutio ad secun-
 dum, qz visio non habet perfectam
 rationem felicitatis nisi secundum
 q, est operatio perfecta per ea que sequi-
 tur. perficit enim electatis operati-
 nem, sicut pulchritudo iuventutem
 ut dicitur in ethicis.

Ad 3. R. q, inferiorum potentiarum
 non potest esse fruitio proprie dicta in
 enim habent operationem circa finē
 ultimum, quem non apprehendunt,
 cum sint virtutes materiales sed si-
 cut nunc intellectus perficitur acci-
 pendo ab inferioribus potentijs, ita
 erit in patria e converso, q, perfectus
 et gaudium superioris partis reducenda
 hic in inferiores potentias. Unde autem
 de spiritu et anima, sensus vertetur
 in rationem, in quantum scilicet sua
 remuneratio, et gaudium a ratione
 emanabit.

ad 4. R. q, humanitas Christi non est
 ultimus finis unde in visione eius non
 erit proprie fruitio, sed quoddam accide-
 tale gaudium, et non substantialis be-
 atitudo.

ad 5. dicendum q, quando aliquis actus
 est absolute alicuius potentie, denomi-
 nat ab illa, sicut intelligere ab intel-
 lectu, sed quando est actus unius potenti-
 e

hic secundum ordinem ad alteram a
nulla denominatur. Sicut si est actus
rationis secundum ordinem ad
intellectum, quod in quantum principi
a ducit in conclusiones. Similiter
frui est actus voluntatis consequens
actum intellectus scilicet a partem di
visionem.

Alia duo concedimus. Et ad illa
patet solutio per ea quae dicta sunt
quod quamvis tria concurrant ad frui
onem, tamen in amore perficitur.

Ad ultimum R^r q. alia virtutes con
iungunt deo per modum mixti, et
dispositionis, sed sola charitas per mo
dum perfectae unionis.

Ad 2. argumentum principale
R^r q. petit illam difficultatem utri
scilicet uti sit actus rationis an vero
voluntatis, et videtur quod rationis, pri
mo ob rationem in eis adductam.

Secundo quod ut dicit philosophus 6
ethic. ordinatio eorum quae sunt ad
finem, et inventio finis pertinet
ad prudentiam, prudentia autem est
habitus rationis, ergo et uti, quod dicit
talem ordinationem est actus ratio
nis.

Sed his non obstantibus vera est
secunda conclusio principalis, in qua
asserimus esse actum voluntatis, et

ad

ad hoc argumentum. Respondendum
est. ad primum quidem quod erat se-
cundum principalem questionem. di-
mus. q. uti presupponit ordinem sed
eius substantia magis est in executio-
ne voluntatis.

Ad 2. q. prudentia est perfectio ra-
tionis practicae secundum q. est recta
rectitudo autem eius. et veritas est
(ut dicitur 6. ethic) secundum conueni-
entiam cum appetitu recto. unde pru-
dentia non tantum perficit actum
qui est ipsius rationis. sed etiam alii
voluntatis. qui regulatus est ratione.
Sicut eligere. et sicut actus volunta-
tis vel liberi arbitrij. est tamen pru-
dentia.

3. argumentum principale pe-
tit utrum fruendum sit solum deo et
pars negativa probat primo. dicitur
tertio ^{argumentis} principali ad ult. q. nimirum
beatitudo nisi etiam beatus facit ac
proinde ea etiam fruendum est.
Secundo. q. ultimus finis hominis
est aeterna felicitas. felicitas autem
eius est perfectissima operatio. cum
igitur ultimus finis fruendum sit ope-
ratione perfectissima fruendum est
quod etiam videtur per philosophum in
1. ethic. qui dicit q. felicitas non que-
ritur propter aliquid aliud. et per Boe-
tium

hunc qui dicit qd beatitudo est status
omnium bonorum aggregatione
perfectus.

tertio qd Tullius dicit hunc
hunc est, quod sua in nos trahit, et su
a dignitate nos allicit, sed quod per
se allicit, propter se amatior, ergo
omni bono fruendum est, et ita
omnibus virtutibus, ergo non tantum
des.

4. qd Apostolus ad Philemonem
dicit itaqz frater ego te fruar in do
mino, ergo etiam in nomine iusto frui
possimus, et per consequens quilibet
Somina, qui est ad imaginem dei,
et qualibet creatura in qua est ves
tigiū dei.

Sed His non refragantibus irrefra
gabilis permanet veritas tertie
conclusionis cui hęc argumenta aduer
santur.

Respondetur ergo ad Primum
qd aliquis facit beatum dupliciter,
scilicet vel effectiue, sicut deus, et
Sic solo fruendum est ^{tanqz} ut obiectis:
vel formaliter; sicut abbebs facit
album, et Sic fruendum est forma
liter loquendo, et sic beatitudo beati
tudinem facit.

Ad 2. ducendum qd obiectum ope
rationis terminat, et perficit ipsam
et est finis eius. Unde impossibile est
operationem habere rationem finis
ul

ultimi, sed quod obiectum non esse
 quicquid per operationem, ideo est
 idem appetitus operationis et obiecti,
 unde si aliquis modo ipsa fruitione
 fruimur hoc est in quantum fruitio
 nos deo coniungit, et eadem fruitio
 ne fruimur fine et operatione cui
 ius obiectum est finis ultimus, sicut
 eadem intelligentia intelligo intel-
 ligibile, et intelligo me intelligere.

Ad 3. dicendum, quod propter se dici-
 tur dupliciter uno modo secundum
 quod opponit ad propter aliud, et hoc
 modo virtutes, et honestum non pro-
 pter se diligunt, cum etiam ad aliud
 referant: alio modo dicitur propter
 se secundum quod opponit ad per acci-
 dens, et sic dicitur propter se diligere quod
 habet in natura sua aliquid mo-
 uens ad diligendum, et hoc modo vir-
 tutes propter se diligunt, quod habent
 in se aliquid unde querant, etiam si
 in se aliud ab eis contingeret, non
 tamen est inconveniens, ut aliquid
 propter se amet, et tamen ad alterum
 ordinetur, ut dicitur in 1. ethic. est autem
 aliquid, quod desiderat non prop-
 ter aliquid quod in se habet, sed tan-
 tum secundum quod ordinatur ad alterum
 ut effectivum illius, sicut potio ama-
 ra amatur, non propter aliquid quod
 in

in ea est, sed quia sanitatem efficit, et
 Suiusmodi nulli modo propter se
 diligunt, siue propter se dicat causam
 formalem, sicut uirtus dicitur propter
 se diligi, siue formalem, sicut deus.

Ad. 4. dicendum ut iam diximus quod
 Somme iusto non est simpliciter fruen-
 dum, sed in deo, itaque obiectum fructus
 non sit deus, et representans ipsum gra-
 tia obiectum per similitudinem in qua
 inhabitat deus, sicut Somme sanctus, nec
 tamen sequitur quod Somme peccatore sit
 fruendum in deo, quia non est in eo gra-
 tia, quae facit deum inhabitare, et
 quae est exemplar illius summae bonitatis
 expressum qua fruendum est. Et
 multo minus hoc sequitur de creatura
 irrationali, non enim ad hoc sufficit
 similitudo imaginis et vestigij, sed si-
 militudo gratiae.

4^m Argumentum principale
 petebat num deus sit unicatantum
 fructus, cui respondimus per quartam
 conclusionem, sed urget argumentum
 quod obiectum fructus sunt tres diuinae
 personae proprietatibus distinctae, et
 secundo id ipsum probat, operatio ani-
 mae sensus in eis non est perfecta
 nisi etiam descendat ad propria, sicut
 cognitio generis perficitur per cognitionem
 specierum, et multo magis desiderium
 et amor perfectus in particulari, sed frui-
 tio est operatio perfecta, ergo non tantum
 frua

fruemur tribus essentia communi tri-
 bus personis, sed et singulis personis
 et proprietatibus ipsarum; et ita vi-
 detur quod non sit unica tantum fructus.
 tertio quod quid quid habeat filius solere
 ferre ad patrem. sicut patet Joan. 5. me
 a doctrina non est mea est. sed bonita-
 tem accepit filius a patre nascendo sicut
 essentiam, ergo et fructum bonitatis
 filij debemus referre in fructum pa-
 tris, ergo non est equaliter fruendum
 tribus personis multo minus ergo, nec
 eadem fructione.

Sed his non obstantibus Respondetur
 ad primum. quod tres diuine personae non
 distinguuntur ~~esse~~ secundum id quod sunt
 obiectum fructus immo unum in
 es, scilicet in summa bonitate.

ad 2. quod proprietate cuius cuiusque parte
 na fruimur, ut paternitate, tamen
 paternitas non dicit rationem fructus
 nis, unde fruimur paternitate in qua
 tern paternitas est summa bonitas, diffe-
 rentis tamen ratione.

Ad 3. Primum quod illa reductio non ponit
 gradum bonitatis in patre et filio, sed
 tantum ordinem naturae, et ideo non
 tollit equalitatem, et unitatem fructus.

Quintum argumentum princi-
 pale illam exposuit questionem, utrum
 scilicet omnibus alijs praeter deum sit
 utendum, cui satis fecimus per quin-
 tam conclusionem. sed urget contra e-

am dictum argumentum quod coelum
 et angelus non sunt operabilia a nobis
 et per consequens neque uti possumus
 Secundo ad eadem sic argumentor illos
 utimur, quo tendentes ad beatitudinem
 iuvamur, sed creaturis impedimur fre-
 quenter sicut dicitur sapientia . 14. creaturae
 facta sunt ut . ergo non omnibus possu-
 mus uti .

Tertio si omnibus praeter deum bene-
 meret uti, ergo quando cuiusque non refe-
 rimus aliquid indeum peccamus, sed
 quando cuiusque referimus aliquid indeum
 meremur, ergo omnis alius erit meri-
 torius, vel demeritorius, et sic nullus
 alius erit indifferens.

5. Argumentum principale pete-
 bat, utrum frui conveniat omnibus re-
 bus, cui Respondimus per quidam es-
 clusionem, contraquam procedit pri-
 mo dictum argumentum, quod omnia
 quietant in suo fine iam adeptis, et ex
 consequenti omnia videntur posse dei
 fruentia .

2. arguit, quod frui est
 eius, quod posse queritur, non relatum
 ad alterum, sed brevia querunt aliqua
 in quibus desistant, et non referunt ad
 aliud, quod carent ratione ordinante, et
 ergo brevis convenit frui .

3. per naturalem dilectionem contingit ali-
 quibus diligere deum super omnia, cum
 naturaliter cognoscatur esse summum

*et sic sequitur necessitate
 per se ipsum in se ipsum*

in municipiam

bonum et ita propter se amari
sed fruimur eo, quod propter se ama-
mus, ergo continget bonum existi-
tem tantum in naturalibus frui deo.

¶ contingit quod aliquis existens in
peccato mortali, alienius sua actionis
quem finem ultimum constituat non
referens ad aliud. Hoc autem est frui
ergo peccator etiam potest frui deo.

Sed his minime concludentibus
pro veritate sexta

4^o sequitur quod nullum peccatum sit
veniale, quia si refertur in ultimum finem
non est aliquod peccatum; si autem cons-
tituat aliquis finis alius ^{finis} ultimus non
relatus ad finem ultimum est peccatum
mortale, cum igitur omnis actus ratio-
nis sit ad aliquem finem oportet quod
sit finis, vel sit finis ultimus, et sic non
est peccatum, vel sit alius finis non re-
latus ad finem ultimum, et sic erit pec-
catum mortale, ergo nullum erit pec-
catum veniale.

Sed his minime concludentibus pro
veritate quinta conclusionis. Respon-
demus ad 1^o quod illis creaturis non uti-
mur tanquam a nobis operatis, sed sicut in
dei cognitionem ducentibus.

ad 2^o quod creatura quantum est in se
non impedit nos a consequenda bea-
titudine, sed ex parte nostra, in quantum
est

eis abutimur in eis sustendo sicut in fine. Ad 3. R. q. secundum theolo-
gos nullus actus procedens a voluntate deliberante est indifferens, qui re-
fertur in deum supposita gratia meritori-
us est. Si autem non est referibilis pec-
catorum est. Si vero est referibilis et non
referat vanus est. et otiosus et ociosus
autem inter peccata apud theologos non
peccat. Ad 4. R. q. quavis ille qui
peccat venialiter non referat aliu in
deum suam operationem, nisi bonum
tamen deum. Habitualiter pro fine habeat
unde non ponit creaturam finem ulti-
mum, cum diligat eam circa deum, sed
ex hoc peccat, quia excedit in dilectione. Si-
cut ille, qui nimis immoratur via, non
tamen exeat a via.

et sic dicitur muscipula
pedibus insipientium -

Sextum argumentum prin-
cipale de hoc erat utrum finis conveni-
at omnibus rebus. cuius questionem nega-
tive respondimus per sextam
conclusionem. Sed arguitur contra eam
1. argumentis dictis quod nam omnes
res quietant in suo fine iam ad eptu. et
ergo omnes finiunt.

2. arguitur quod finis est eius, quod
parte queritur non relatum ad alteru.
Sed brevia querunt aliqua, in quibus de-
lectantur, et non referunt ad aliud, quia
venit

vent ratione ordinante. ergo etiam
 fructus convenit frui.

3^o naturali dilectione contingit a
 liquo diligere deum super omnia, cum
 naturaliter cognoscatur esse summum bo
 num, et ita propter se amandum, sed
 fruimur eo, quod propter se amamus
 ergo contingit hominem existentem
 in naturalibus tantum, frui deo.

4^o contingit quod aliquis existens in
 peccato mortali alii in sua actionis
 deum in finem ultimum constituat non
 referens ad aliud, hoc autem est frui, er
 go peccator etiam potest frui deo.

et 5^o e contrario videtur quod neque etiam
 iustus fruatur in via, frui enim est quies
 cere in voluntatem delectatam in cogi
 tis propter se, sed quando aliquis est
 in via non quiescit, ergo quando a
 liquis est in via deo non fruitur.

Præterea sextus videtur quod neque etiam
 beati fruatur, sicut enim habet in littera
 omne quod frui aliquis eget illo, sed
 quod quod eget aliquis caret illo, cum
 igitur beati non careant deo videtur quod
 fruatur illo, ex quo etiam concluditur
 quod nec scriptis deus fruatur, cum non scriptis
 indigeat.

His tamen non obstantibus proce
 dit ad sextam conclusionem. Responde
 mus

mus ad 1. q. quamvis omne desiderium
 unum consequatur cognitionem, deside-
 rium tamen creaturae immensibilis non
 sequitur cognitionem in ipsa existentem
 sed cognitionem in actu primi, quicquid
 q. sit ille ordinans unum quodq. in
 suum finem; et ideo sine cognitione, nec
 delectationem, nec fructuam habent.

Ad. 2. R. q. peccata quamvis delectentur in fine, ille tamen finis non est ultimus, immo est relatus ad illum non ab ipso, sed a primo ordinante omnia in se ipsum. et ideo cum non delectentur in ultimo fine simpliciter, sed in ultimo apprehensio ab eis aliquo modo delectentur, sed improprie.

Ad. 3. dicendum q. delectatio sequitur operationem perfectam; perfecta autem est operatio, que procedit ab habitu, habitus autem acquisiti, vel naturales non perficiunt ad ultimam beatitudinem proprie, vel supra habitum sufficientem, et proxime, que dicit Augustinus in lib. de penitentia quosdam familiariter contabui ad experientiam eius suavitatem adiacet amanti amata creatura, sed voluptas creaturae longe alterius generis est, et ideo sine habitu gratuito non est delectatio talis, que ad fructuam sufficiat. vel
 di.

dicendum q. delectatio naturalis non
 ponit aliquam operationem in actu,
 sed tantum quandam naturalem
 inclinationem, quae in actu redu-
 citur per habitum Charitatis.

ad 4. dicendum q. existens in pec-
 cato mortali diligit aliquid habitum
 licet supra deum, et si non in actu sem-
 per, et idem non fruatur ipso, sed illis ad
 quod omnia ordinat.

ad 5. R. q. est duplex quies scilicet:
 quies desiderij, et quies motus quies de-
 siderij est quando desiderium sustinet
 in aliquo propter quod omnia facit
 et quiescit, et non desiderat aliquid ul-
 terius, et hoc modo voluntas iusti in
 via quiescit in deo: quies autem mo-
 tus est quando pervenit ad terminum
 questum, et ita quies voluntatis e-
 rit in patria. et haec quies facit perfec-
 tam fruitionem, sed prima imperfec-
 tam.

ad 6. dicendum q. aliquid eget
 altero dupliciter scilicet aut sicut eo
 a quo dependet secundum esse, et hoc
 modo omnia egent deo: alio modo
 dicitur quis egere eo quod non dum ha-
 bet, et sic non egent. ^{Beati} Ad illud vero
 quod addit in argumentis R. q. hinc
 intelligendum est, quando fruens, et
 id quo fruere sunt diversa in essentia

quod

quod non est in divina fruitione, //
 et idem perfecte deus frui seipso. Un-
 de Gregorius super Job. 42. eto gloriosus
 est. dicit ipse gloriosus est. qui dicit
 seipso frui et accedens laudis indi-
 gens non est.

Septimum argumentum prin-
 cipale petit illam questionem, num
 usus conveniat existentibus in pa-
 tria? cui Respondet septima conclu-
 sio. Sed arguit argumentum ex Ber-
 nardo quod non est necessaria via Sabi-
 to fine. Secundo sic argumentum v-
 ti est referre aliquid in alterum sed
 hoc non potest esse nisi unum cogi-
 tate post aliud, quod non videtur esse in
 patria secundum Augustinum quod non
 sunt ibi cogitationes volubiles. ergo
 videtur quod non sit ibi usus.

Hic tamen Respondet ad septimam
 conclusionem. et ad primum ducen-
 dum. quod sicut invenimus in processu
 cognitionis. quod in cognitionem princi-
 piorum venit quis per principia
 quibus tamen Sabitus magis ipsa cog-
 noscit quod principia; nec indiget
 principiatu ad cognitionem principio-
 rum, quod iam per se cognoscit, nec etiam
 tamen principiorum cognitionem
 amittit, immo illa cognitio per princi-
 pia

pra perfectis, ita est in processu homi-
 nis in deum, qui per creaturas in de-
 um venit, quod subito creaturum non
 eget ad ipsum subendum, sed per op-
 sium venit in perfectum usum om-
 nium aliorum. Sic etiam est in proces-
 su natura, q per dispositiones acquiri-
 e forma, quae subita est principium o-
 mnium accidentium, et ita est in om-
 nibus alijs invenire.

Ad. 2. dicit q cogitatio vel subtilis pro-
 prie dicitur quae est per discursum ratio-
 nis, cui non offert statim, quod que-
 rit; unde oportet q inveniatur proce-
 dendo ab uno in aliud, ibi autem sta-
 tim sine difficultate occurrat in illis
 divinis lumine quidquid quaerit; un-
 de etiam homines intelligent intel-
 lectu deiformi, sicut et angeli, non
 autem excludit successus cogitationum
 in patria, et multo minus ordo unius
 ad alterum, qui etiam sine successu
 ne esse potest.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

3
 Nam uero si uolueris efficere
 sectionem oppositionis ex solo
 textu diuini Thomae circa saepe
 primam distinctionem accipies ar
 ticulos eius ordine quos sic est ti
 bi assigno. Secundum articulum
 questionis undecimae 1. 2. et secun
 dum Item questionis decimae sextae
 et primum ^{3^{me}} dictae questionis undeci
 me. quos supposito

est questus An ea que
 in conclusionibus deduc
 imus ueritatem
 Sabeant.

Et a parte negativa arguitur pri
 mo. ex parte affirmatiua quod frui

Item si uolueris cum solo
 textu diuini Thomae sectionem op
 positionis componere circa dist
 inctionem predictam. assumi
 to quattuor articulos questio
 nis undecimae, Primum secundum
 et articulum secundum et ter
 tium questionis decimae sextae
 eiusdem partis. ex singulis ar
 ticulis per ordinem singula argu
 menta. notabilia conclusiones
 et dubia proponendo admodum
 quij

ex parti
 bus -

Primum)

qui sequitur in sequenti disputa-
tione ~ qua tibi exemplum sit pro omnibus

questio unica utrum ea
que conclusio prefata
distinctionis conti-
net ut verasint.

Ad cuius parte negativa arguitur
Primo. qd fructus si nullum haberet
et esse esset ab appetitiva potentia
sed ab actu non est. ergo a nulla. ma-
ior est manifesta. et minorem pro-
bo qd frui nihil aliud esse videtur
qd fructum capere. sed fructus
humane vite. que est beatitudo ac-
cipit intellectus. in cuius attributi-
tudo consistit. ergo frui non est ap-
petitus p^oq. ac proinde nullum
habere esse

2^o Arguuntur qd ex conclusio-
ne sequitur qd frui solus Summi-
bus aut rationali creaturę conve-
niat (que a nullo videtur sola inhe-
re propter seipsam) et non be-
tis animalibus. ac falsum est quod
etiam non conveniat. si quidem
ex rebus voluptatem capiunt. ergo
male colligitur predicta conclusio

3. Arguitur qd frui non est tan-
tum ultimi finis. dicit enim Apo-
stolus ad Hebræos. itaqz frater
ego te fruor in domino. sed manifestum
est

tum est q. Paulus non posuerat
ultimum suum finem in dormire
ergo frui non tantum est ultimus
finis.

4. Arguuntur q. sequeret q. frui
uti non esset nisi finis Sabiti. dicit
enim Augustinus . 10 . de civitate
q. frui est uti gaudis uti non adhuc
spei sed iam rei. sed quod dicitur
Sabiti non est gaudium rei. sed spes
ergo frui non esset nisi finis Sa
biti. hoc autem falsum esset asse
rere cum etiam de frui in via, ergo

5. Arguit q. uti non resuenerit
et bruta animalibus. cum nequeat
ad finem aliquid ordinare, sed a
nimalibus bruta conueniunt frui, ut
argumentum secundum probat
ergo et uti. probat consequentiam
q. frui nobilius est q. uti.

6. Arguit q. ex conuulsione non
est distinctio constat q. uti non
est ultimus finis. hoc autem esse fal
sum colligitur ex Augustino qui . 10 .
de civitate q. qui frui uti. sed
ultimus finis frui aliquis, ergo et
ultimus finis de facto uti.

In contrarium tamen est auctoritas
magistri. et doctorum quos affert.
Pro cuius questionis intelligentia no
tar

5. Arguit q. uti non
est actus intellectus ut pa
tet. neq. voluntatis, ergo
nullus potentia. q. non
voluntatis probat. q. Aug
ustinus dicit in . 1 . de doct.
christiana. q. uti est id quod
in usum uenit ad aliud ob
tinendum referre. sed re
ferre aliquid ad aliud est
rationis. cuius est confer
re. et ordinare. ergo uti
potius erit actus rationis
q. voluntatis

tandum est primum. quod fructus et fru-
ctus ad idem pertinent re uidentur. et al-
terum ex altero derivari, quod ue-
ro a quo nihil ad propositum re-
fert. nisi quod hoc probabile uideatur
quod id quod magis est manifestum pri-
us etiam fuerit nominatum. sunt
autem uobis primum manifesta. quae
sunt sensibilia magis; unde a sen-
sibilibus fructibus nomen fructio-
nis derivatum uideatur. fructus au-
tem sensibilis est, id quod ultimum
ex arbore expectat. Et cum quadam
suauitate percipit. unde fructus per-
tinere uidetur ad amorem, uel delecta-
tionem, quam aliquis habet de ul-
timo expectato, quod est finis, finis
autem et bonum est obiectum appe-
titus potentis, ac proinde sequitur
quod fructus est actus appetitus poten-
tis.

Secundo Notandum est quod fructus non
est actus potentis peruenientis ad finem
sicut exequentis, sed potentis impera-
tis executionem, quod ex eo constat
quod est appetitus potentis, in rebus au-
tem rationis carentibus, inuenitur
quidem potentia pertingens ad finem
per modum exequentis, sicut graue
territur deorsum, et leue sursum. Sed
potentia ad quam pertinet finis per
modum imperantis, non inuenitur

in eis, sed in aliqua superiori natu-
 ra, que sic mouet totam naturam
 per imperium; sicut in Sabeantibus
 cognitionem appetitus mouet ali-
 as potentias ad suos actus. Vnde est
 manifestum, q. in his, que cognitio-
 ne carent, q. tus pertingant ad fine
 non inueniunt fructus finis. Sed in his
 que cognitionem habent. Sed cognitio
 finis est duplex; perfecta. et imper-
 fecta. perfecta ea est que cognoscit solum
 cognoscit id quod est finis et bonum.
 Sed etiam ipsa ratio uniuersalis finis
 et boni. et talis cognitio est solius rati-
 onalis nature. Imperfecta autem cog-
 nitio est, que cognoscit particulari-
 ter finis, et bonum. et talis cognitio
 est in brutis animalibus, quorum
 et virtutes appetitive non sunt im-
 perantes libere; sed secundum natu-
 ralem instinctum, ad ea que appre-
 hendunt, mouent. Vnde rationali
 creature conuenit fructus secundum
 rationem perfectam, brutis autem
 animalibus secundum rationem
 imperfectam. Alijs autem creature
 nullo modo.

Tertio notandum est, q. sicut insinua-
 uimus ad rationem fructus duo parti-
 nere scilicet, q. sic ultimum. et q. appe-
 titum quod est quadam dulcedine, uel

delectatione. Ultimum autem est
 simpliciter et secundum quid. Sim-
 pliciter quidem quod ad aliud non
 refertur. Sed secundum quid quod est
 aliquorum ultimum, quod ergo est
 simpliciter ultimum, in quo ali-
 quid delectat sicut in ultimo fine.
 Hoc proprie dicitur fructus et eo proprie
 dicitur aliquis frui, quod autem in
 seipso non est delectabile, sed solum
 appetit in ordine ad aliud, sicut poti-
 o amara ad sanitatem, nullo mo-
 do fructus dici potest, quod autem ha-
 bet aliquam delectationem ad quam
 quaedam precedentia referuntur, pot-
 est quidem quodammodo dici fructus
 sed non proprie. Et secundum comp-
 letam rationem fructus, eo dicitur
 frui. Unde Augustinus in. 10. de tri-
 nitate dicit q. fruimur es gustas, in qui-
 bus voluntas delectata conquiescit
 non autem quiescit simpliciter nisi
 in ultimo, qz quandoque aliquid exp-
 ectat motus voluntatis remanet in
 suspensio, sicut iam ad aliquid perue-
 nit. Sicut in instulo calij. quamvis
 illud, quod est medium in magnitu-
 dine sit principium, et finis, non ta-
 men accipitur, ut finis in actu, nisi
 quando in eo quiescit.

4^o. Notandum q. frui importat ope-
 rationem quamdam voluntatis ad ul-
 timum

4

hunc finem, secundum q, voluntas
 habet aliquid pro ultimo fine. Sabetur au-
 tem ultimus finis dupliciter, uno mo-
 do perfecte, et alio modo imperfecte, per-
 fecte quidem, quando Sabet non solum
 in intentione, sed etiam in re, imper-
 fecte autem, quando Sabet in intentio-
 ne tantum, est ergo perfecta finis si
 nis iam Sabeti realiter; sed imperfecta
 est etiam finis non Sabeti realiter, sed
 in intentione tantum. ^

6^o Notandum q, sicut dictum est uti-
 est applicare aliquid principium alterius
 ad alterum, sicut consentire est appli-
 care motum appetitivum ad aliquid
 appetendum, applicare autem aliquid
 ad alterum, non est nisi eius, quod Sabet
 super illud arbitrium, quod non est nisi
 eius, qui sicut referre aliquid in alterum
 quod ad rationem pertinet, et propterea
 solum animal rationale, et consentit
 et utit.

7^o Notandum est q, uti sicut dictum est
~~importat applicationem alicuius ad a-~~
~~licquod;~~ ^{id quod} quod autem applicat ad aliquid
 Sabet in ratione eius, quod est ad finem
 et idem uti semper est eius, quod est ad finem
 propter quod et ea, que sunt ad finem acci-
 moda, utilia dicuntur. Et ipsa utilitas in-
 tendum usus nominat, sed ^{deus} considerat est
 qu'ultimus finis dicitur dupliciter, uno modo
 simpliciter. Alio modo, quo ad aliquem

Notandum q, us, alicuius rei impor-
 tat applicationem illius rei ad aliquam
 operationem, unde et operatio ad quam
 applicamus rem ali-
 quam dicitur usus eius
 Sicut equitare est usus
 equi, et percutere est
 usus virga, ad ope-
 rationem autem ap-
 plicamus, et principia
 interiora agendi sui-
 licet ipsas potentias
 anime, vel membra
 corporis, ut intellectus
 ad intelligendum -
 et oculum ad viden-
 dum, et res exte-
 res sicut virgam ad
 percutiendum. Sed ma-
 nifestum est, q, res exte-
 riore non applicamus
 ad aliquam operatio-
 nem, nisi per principia
 intrinseca que sunt
 potentie anime aut
 habitus potentiarum
 aut organa, que sunt
 corporis membra, us
 Sicut autem est que
 mo

etiam
animi

mouet potentias //
 animæ ad suos actus,
 et hoc est applicare
 eas ad operationem
 ac proinde uti primo
 et principaliter est
 voluntatis. tanquam
 primum mouentis. ra-
 tionis autem tan-
 quam dirigentis. Sed a-
 ctuum potentiarum
 tanquam exequentium
 que comparantur ad
 voluntatem a qua
 applicantur ad agendum
 sicut instrumenta
 ad principale agentis
 alio autem proprie
 non attribuitur instru-
 mento. sed princi-
 pali agenti. sicut &
 edificatio & edificatoris
 et non instrumen-
 tum.

enim finis dicitur quandoque quidem res
 quandoque autem adeptus rei, vel possessio
 eius. Sicut auarum finis. vel pecunia, vel
 possessio pecunie, manifestum est quod sim-
 pliciter loquendo. ultimus finis est ip-
 sa res. non enim possessio pecunie est
 bona, nisi propter bonum pecunie. Sed
 que ad hunc, adeptus pecunie est finis ul-
 timus. Non enim quæreret pecuniam a-
 uarus, nisi ut haberet eam. ergo simpli-
 citer loquendo. et proprie, pecunia bonum
 aliquis finis, quia in ea ultimum finem po-
 nit. sed in quantum refert eam ad poster-
 iorem dicitur uti. ea.

Hæc ita constitutus sit Prima conclusio
 cum fructu ad delectationem et am-
 rem spiritus appetitiva potentie actus est
 Hæc conclusio sequitur ex primo notabi-
 li. et probatur ex Augustino qui primo
 de doctrina Christiana. et. 10. de trinitate
 dicit. frui est amore inherere alicui rei
 propter se ipsam. Sed amor pertinet ad
 appetitivam potentiam, ergo et frui est
 actus appetitive potentie.

2^a conclusio conuenit rationali natu-
 re fructus secundum rationem perfectam
 brutis autem secundum imperfectam
 ceteris autem nullo modo conuenit.
 Hæc conclusio constat ex secundo notabi-
 li. et probatur auctoritate Augustini lib. 83.
 99. dicens. frui quidem cibo, et qualibet
 corporali voluptate non absurde existiman-

3. conclusio. Frui-
tus tantum ultimus est, qui non pro-
pter aliud querit, sed propter se ipsum
in eo voluntas quiescat, et dicitur
hęc conclusio sequitur ex tertio notabili
et probatur auctoritate Augustini, qui. 10.
de trinit. dicit, q. non fructus, si quis id quod
in facultatem voluntatis assumit pro-
pter aliud appetit, sed solum ultimus fi-
nis est, qui non propter aliud appetitur
ergo solus ultimus est fructus.

4. conclusio. perfecta fructus est ultimi-
mus Sabiti realiter, imperfecta vero non
fructus Sabiti realiter, sed in intentione
tantum. Hęc conclusio sequitur ex quarto
notabili, et probatur q. frui et amare in
Seire aliui rei propter se ipsam, ut dicit
Augustinus, sed hoc potest fieri, etiam de
re non Sabita, ergo frui potest etiam et
se finis non Sabiti.

5. conclusio. nullus usus bruta a-
nimalibus, cum ratione careant, compe-
tere potest. Hęc conclusio sequitur ex quin-
to notabili, et probatur auctoritate Aug-
ustini, qui lib. 83. questionum, ait uti-
aliquid non potest, nisi animal, quod ra-
tionis est particeps.

6. conclusio. usus non ultimus est, sed
eorum, que sunt ad finem. Hęc conclusio se-
quitur ex sexto notabili, et probatur ex Augusti-
no, lib. 83. quest. dicens, deo nullus recte utitur
sed

5. conclusio uti pro-
pre est actus volun-
tatis. Hęc conclusio
sequitur ex quinto no-
tabili, et probatur
auctoritate Augusti-
ni, decimo de trini-
tate dicens, qui
est assumere aliquid
in potestatem
voluntatis

Sed solus deus est ultimus finis. ergo ulti-
mo fine non est utendum.

Ihesus tam prelibatus superest ut ad solutio-
nem argumenti rursus conuertat ser-
mo

Ad Primum ergo Argumentum R-
q. petit ullam difficultatem. Num enim
fini sic appetiturq. potenter a alterius
cui iam Respondimus per primam con-
clusionem. Sed instat argumentum pro-
positum. q. fructum capimus per intellec-
tum. et secundo Argue contra conclusi-
onem. q. quilibet potentia habet proprium
finem. qui est eius perfectio. sicut finis iu-
sus est cognoscere visibile. auditus perci-
pere sonos. et sic de alijs. Sed finis est fr-
uctus eius. ergo fini cuiuslibet potentia et
et non solum appetiturq. Tertio q. fr-
uctus delectationem quamdam imponat
sed delectatio sensibilis pertinet ad sensum
qui delectat in suo obiecto. et eadem ratio-
ne delectatio intellectualis ad intellectum
ergo fructus pertinet ad apprehensivam
potentiam.

Sed his non obstantibus Ad primum R-
q. nihil prohibet unum et idem secundum
diuersas rationes, ad diuersas potentias per-
tinere. Ipsa ergo visio dei. in quantum est
visio est actus intellectus. in quantum uis-
io est bonum. et finis est uoluntatis obiectum.
et hoc modo est eius fructus. et finis
Sicut intellectus consequit. tanq. potentia
agens

agens. voluntas autem tanquam potentia
mouens ad finem. et fruens fine iam
adepto.

Ad. 2. Rq. perfectio et finis cuiuslibet
alterius potentie continetur sub obiecto ap-
petitu. sicut proprium sub communi. Un-
de perfectio et finis cuiuslibet potentie
in quantum est quoddam bonum pertinet
ad appetitivam, propter quod appetitiva
potentia mouet alias ad suos fines, et ipsa
consequitur finem, quando quelibet alias
pertingit ad finem.

Ad. 3. Rq. in delectatione duo sunt sui
sicut perceptio conuenientis, que pertinet
ad potentiam apprehensiuam: et compla-
centia eius, quod offert ut conueniens, et
hoc pertinet ad appetitivam, in qua ratio
delectationis completur.

L Argumentum principale pe-
tit utrum frui tantum competat ra-
tionali creature. Ad quod respondet
secunda conclusio, sed verum argumentum
adductum ex doctrina Augustini de
doctrina christiana, contra eam, quod mini-
mum animalia bruta etiam capiunt
supremam deum. Augustinus in. 1. de do-
ctrina christiana. ait quod non solum homines tu-
mus qui fruimur et utimur, non ergo a
sua animalia frui possunt. 2. arguit
quod frui est ultimus finis, sed ad ultimum fi-
nem non possunt pertingere animalia bru-
ta

ta, ergo eorum non est frui. 3^o q^o si sicut
 appetitus sensitivus est subintellectivus
 ita appetitus naturalis, est sub sensitivo
 si igitur frui pertinet ad appetitum sensi-
 tivum, videtur q^o passivitate possit ad na-
 turalem pertinere, quod patet esse falsum
 q^o eius nullomodo est delectari. ergo ap-
 petitus sensitivi non est frui. et proinde
 non convenit brutis animalibus.

Sed his non obstantibus pro conclusione se-
 cunda R^o ad primum q^o Augustinus et
 ratio adducta procedit de fruitore per-
 fecta. / Ad. 2. R^o q^o non oportet q^o frui-
 to sit ultimus finis simpliciter, sed eius
 quod scire ab utroque pro ultimo
 fine) Ad. 3. q^o appetitus sensitivus
 consequitur aliquam cognitionem, non
 autem appetitus naturalis precipue
 prout est in his, quae cognitione carent.

3. Argumentum principale pete-
 bat illam difficultatem. Num frui sit
 ultimus finis? Ad quam Respondet. 3^o ed-
 clutus. Sed urget Primo auctoritas ad-
 ducta ex Apostolo ad Philimonem / 2^o
 q^o fructus est quod aliquis fructus, sed Ap^o
 voluit dicere ad galat. 5. fructus spiritus
 est caritas, gaudium, pax et huiusmo-
 di, quae non habent rationem ultimi finis
 non ergo fructus est tantum ultimus finis
 3^o actus voluntatis supra se ipsos reflecten-

et uobis enim me uelle, et amo me amare
sed frui est actus uoluntatis, uoluntas
enim est per quam fruimur, ut Augus-
tinus dicit Decimo de trinitate, ergo alij
quis frui sua fruiione, sed frui non
est ultimus finis Summus, sed solus bo-
num increatum, quod est deus, non ergo
frui est solus ultimus finis.

Sed nihilominus conclusio in ueritate
constat ac prout ad. Primum ~~ex~~
~~de adductis~~ argumentum. R. q. sicut sic
quatinus dicit in. 1. de doctrina Christiana.
Si dixisset te fruar, et non addidisset in
domino uideret finem delectationis, in
eo posuisse, sed dum addidit in domino
in domino se posuisse finem atq. in eo
se frui significauit, ut sic frate se frui
dixere, non tanq. terminu, sed tanq. me-
dio 1. Ad. 2. R. q. fructus aliter com-
parat ad arborem producentem, et alij-
ter ad Summum fruentem: ad arborem
quidem producentem comparat ut effectus
ad causam; ad fruentem autem sicut
ultimum expectationem, et delectationem, dicit
igitur ea, quae ibi enumerat Apostolus fr-
uctus, q. sunt effectus quidam spiritus sanc-
ti in nobis. Unde et fructus spiritus dicitur
et. Non autem itaq. eis fruamur tanq. ul-
timo fine. Vel aliter dicendum, q. dicitur
et fructus secundum Ambrosium, q. prop-
ter se petenda sunt; non quidem itaq. ad
beatitudinem nos referant, sed q. in se ipsas
habent unde nobis placere debeant. Ad.

Ad. 3. R. q. finis dicitur dupliciter. scilicet
 licet uel ipsa res. uel ad optinendam. que
 quidem non sunt duo fines. sed finis u
 nus in se consideratus. et alteri applicatus.
 deus igitur est ultimus finis. sicut res qu
 ultimus queque; fruitio autem. sicut a
 deus finis ultimus finis. Sicut ergo non
 est aliud finis deus. et fruitio deus. uel
 eadem ratio fruitio est. qua fruimur
 uel deus. et qua fruimur divina fruitio
 ne. et eadem ratio est de beatitudine cre
 ata. que in fruitio consistit.

Quartum Argumentum principale
 petit utrum fruitio sit finis habitus ad q
 uod Respondet quarta conclusio. sed ur
 get primo contra eam auctoritas Augus
 tini in argumentis allata. 2^o q. fru
 itio proprie ut dictum est non est nisi ul
 timus finis. cum solus ultimus finis que
 ret appetitum. sed appetitus non quere
 t nisi in fine iam habitus. ergo fruitio lo
 querdo proprie. non est nisi finis habitus.
 Tertio fruitio est capere fructum. sed non
 capere fructus. nisi quando iam finis ha
 bitus. ergo fruitio non est nisi finis habitus.
 Sed ad hec facile Respondet. et ad pri
 mum. q. Augustinus loquitur de fruitio
 perfecta. Ad. 2. q. quies uoluntatis dup
 liciter impedit. uno modo ex parte obiecti.
 q. scilicet non est ultimus finis. sed ad al
 iud ordinat. Alio modo ex parte appetentis
 finem. qui nondum ad ipsum finem. obice
 tum

tum autem est quod dicitur speciem altius. sed
ab agente dependit modus agendi. ut sit per-
fectus. vel imperfectus secundum condi-
tionem agentis. Et ideo eius. quod non
est ultimus finis. fruitio est impropria
quasi deficiens a specie fruitiois. finis
autem ultimus non habetur est fruitio pro-
pria quidem. sed imperfecta. propter im-
perfectum modum habendi ultimum fi-
nem. Ad. 3. R. q. finem accipere
vel habere dicitur aliquis non solum se-
cundum rem. sed etiam secundum intelli-
tionem. ut dictum est. ^

Quintum Argumentum Principale
petit an uti conveniat brutis animalibus
cui Respondet ^{sexta} conclusio. Sed
contra eam est ratio in argumentis adduc-
ta q. frui nobilius est q. uti. 2. q. ap-
plicata membra ad agendum est uti mem-
bris. Sed bruta animalia applicant mem-
bra ad aliquid agendum. sicut pedes ad
ambulandum. cornu ad prehendum. er-
go brutis animalibus convenit uti.
Sed ad primum. R. q. frui importat ab-
solutum motum appetitus in appetibi-
le. Sed uti importat motum appetitus ad
aliquid in ordine ad alterum. Si ergo con-
paretur uti et frui. quantum ad obiecta
sic frui nobilius est q. uti. q. id quod est
absolute appetibile est melius q. id quod
est

^ Quintum argumentum principale petit an usus
sit actus voluntatis
cui Respondet quan-
ta conclusio. sed co-
tra eam est quantum
principale. ex Au-
gustini auctoritate
Secundo arguit ad
idem q. damascenus
dicit q. homo impetu
facit ad operationem
et dicit impetus. de
inde uti. et dicit usus
Sed operatio pertinet ad
potentiam executivam
actus autem volunta-
tis. non sequit actum
executive potentie.
Sed executio est ulti-
mum. ergo usus non
est actus voluntatis
Tertio Augustinus di-
cit in lib. 83. qq. omni-
a que facta sunt in v-
suum hominis facta sunt
q. omnibus uti. ratio
iudicando ea que se-
minibus data sunt.
sed iudicare de rebus a-
des creatis pertinet ad
rationem speculativam
que omnino separata
videt a voluntate. q.
us est principium ac-
tuum

Tuum Sumamus, ergo uti non est alius
 voluntatis. Sed si non obstantibus
 ad primum quod est
 quantum principale
 R. q. ratio quidem in
 aliud refert. Sed volun-
 tas tendit in id quod
 est in aliud relatum
 per rationem. et se-
 cundum hoc dicitur
 quod uti est referre al-
 quod in alterum
 Ad. 2. R. q. d. nam
 ceteris loquitur de usu
 secundum q. pertinet
 ad executivas poten-
 tias) Ad. 3. R. q.
 etiam ipsa ratio spe-
 culativa applicat
 ad opus intelligen-
 di. vel iudicandi a
 voluntate. et ideo
 intellectus specula-
 tiuus uti dicit tan-
 q. a voluntate mo-
 tus. sicut alie exe-
 cutivae potentiae.

est appetibile solum in ordine ad aliud
 sed sic comparere quantum ad vim ap-
 prehensivam precedentem. maior nobis
 istas requiritur ex parte usus, q. ordina-
 re aliquid in alterum est rationis, ab-
 solute autem aliquid apprehendere po-
 test etiam sensus. Ad. 2. R. q. an
 membra per sua membra aliquid agunt
 instinctu natura, non per hoc q. cognoscant
 ordinem membrorum ad illas operatio-
 nes. Vnde non dicunt proprie applicare
 membra ad agendum, neq. uti membris

Septimum Argumentum principale
 petit An usus possit esse ultimus finis.
 cui Respondet ^{septima} conclusio Sed ar-
 guitur primum auctoritate Augustini in
 argumento principali adducta. q. scilicet
 est qui fructu utitur, Secundo q. uti est
 assumere aliquid in facultate voluntatis
 ut etiam Augustinus ibidem dicit
 Sed nihil magis assumit a voluntate
 q. ultimus finis, ergo usus potest esse
 ultimus finis. Tertio q. Hilarius dicit
 in. 2. de trinitate. q. q. ternitas est in
 patre. species in imagine. id est in filio
 usus in munere. id est in spiritu sancto
 sed spiritus sanctus cum sit deus. et ul-
 timus finis. ergo

Sed si non obstantibus pro veritate
 usus propositus ad primum horum

q. Augustinus loquitur de usu commu-
 niter secundumq. importat ordinem
 finis ad ipsam fruitionem, quam ali-
 quis querit de fine.) Ad 2. R. q. finis
 assumit in facultatem voluntatis, ut
 voluntas in illo quiescat. Unde ipse
 requies in fine, que fruitio est dicit hoc
 modo usus finis; sed id quod est ad finem
 assumit in facultatem voluntatis, non
 solum in ordine ad usum eius, quod est
 ad finem, sed in ordine ad aliam rem, in
 qua voluntas quiescat.) Ad 3. R. q.
 usus in verbis Hilarij accipit pro quie-
 te in ultimo fine; eo modo, quo aliquis
 communiter loquendo dicitur uti fine ad
 obtinendum ipsum. Unde Augustinus
 in 6. de trinitate dicit, q. illa delectatio
 felicitas, vel beatitudo, usus ab eo appel-
 lat.

CA

Handwritten title or header in cursive script

Main body of handwritten text in cursive script, consisting of approximately 25 lines of dense, flowing handwriting.

Main body of handwritten text in cursive script, consisting of approximately 25 lines of dense, flowing handwriting.

Feb. 1.

Distinctio secunda
 que incipit hoc itaqz etc.
 In hac distinctioe Postqz magister
 proposuit materiam de qua agendū
 est in hoc volumine incipit secundū
 ordinem promissum tractare de rebz
 et primo de rebz fruibilibz in primo
 libro. Secundo de utilibz in secun
 do libro. Tertio de illis rebz ^{quibus} ~~quibus~~
 ha ad fruibilia ordinant^{m. 3.}, et tandem
 de signis agit in quarto. // //

Primus ergo liber dividit^r in duas par
 tes principales, in quarum prima de
 terminat de fruibz. Scilicet de des
 secundum suam perfectionem in essen
 do. nimirum de essentia divinqz unita
 te ac personarum distinctione, et e
 manatione; in 2^a tractat de des secun
 dum suam perfectionem in causando
 nimirum de attributis divinis et ap
 propriatis; Scientia, voluntate et bo
 nitate.

In presenti autem distinctioe tria fa
 ctu sunt primo enim ostendit modum inves
 tigandi unitatem in trinitate, et trini
 tatem in unitate, a principiis distinctio
 nis usqz ad illa verba (proponamus et
 go in medium. Secundo probat unita
 tem trinitatis auctoritate veteris testa
 menti, usqz ubi (nunc vero post testimo
 nia). Tertio declarat eiusdem trinita
 tis unitatem per novi testamenti aucto
 ritatem usqz ad finem distinctiois.

que

quae mo
 o et
 capi
 bus absol
 ute

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, mostly illegible.]

quae in epiphomen redacta sic habet.
 Vera ac pia fide tenendum est, q[ue] triu-
 nitas unus est ac solus uerus deus. adu-
 ius ueritatis contemplationem est
 primo necessaria magna puritas; et
 enim hoc summum bonum, quod a pur-
 gatissimis mentibus cernit, cuius tanta
 est excellentia, q[uod] secundum Augusti-
 num, neq[ue] alieni periculosius erra-
 tur, neq[ue] laboriosius aliquid querit
 neq[ue] fructuosius aliquid inuenit.
 Secundo ad hoc mysterium requiritur
 magna reuerentia, et attentis, q[ue]rum
 modestia et attentione de ipso agendu-
 est. tertio exigetur charitas mutua
 q[uod] unus indiget auxilio alterius prop-
 ter difficultatem materiae. Unde au-
 ditum sume expedire similitas indubi-
 tando, et in inquirendo, et in maledic-
 ta corrigendo. Hinc est q[uod] omnes docto-
 res catholici secundum scripturas sa-
 nctas hoc mysterium docere intendunt
 scilicet q[uod] pater filius et spiritus sanctus
 sunt unus substantia et sunt unus
 deus inseparabili equalitate; et tamen
 pater non est filius, nec spiritus sanctus
 nec contra: sed omnes personae sunt
 siomouision. Hoc est unus substantia.
 Unde non est aliud pater, et aliud filius
 et aliud spiritus sanctus, scilicet in essen-
 tia. Sed alius scilicet in persona. Hanc
 autem fidem, primo adseruere ex scriptu-
 ris

Proinde omnis qui audit et le-
 git ea quae de ineffabili Trinitate
 dicuntur de scriptis sicut Augustinus
 dicitur de scriptis sic non pigebit
 me sicut hiis qui querere, nec pu-
 debit sicut eis discessere. quoniam
 ergo audit hunc uel legit, ubi pari-
 ter ceterus est pergat mecum, ubi
 pariter hiesitae querat mecum
 ubi errorem suum egrossat
 redat ad me, ubi mecum reuo-
 cet me. ita ingrediamur simul
 ueritatis uiam. tunc eridentes
 ad eum datus dicitur est quae
 te faciem eius semper

et garru-
los.

us tam ueteris quam noui testamenti. et
 postea rationibus catholicis. et exemplis
 contra aduersarios ueritatis defendere
 oportet. Specialiter ponderandus est lo-
 cus genesis. 1. ubi dicens deus faciamus
 hominem, innuit trinitatem personarum
 et addens in singulari, ad imaginem et
 similitudinem, ostenditur ueritas essen-
 tia, quod secundum Hilarium ubi est ima-
 go. et similitudo solet esse ueritas charita-
 tis. Matthei etiam ultimus dicit sal-
 uator baptizantes est in nomine patris
 et filij et spiritus sancti. alias aucto-
 ritates adducit magister ex sacra pagi-
 na, excusans se quod plures non attulerit
 expressus testamentis, quod plenum est
 talibus. Et hęc de littera distinctionis
 quam ipse ^{magister} latius prosequit in duobus auc-
 toritatibus. Deuter. 6. genes. 1. uer. 6
 Joannis 1. et 5. Matthei ultimus, et Rom.
 4. et 5.

Ex quatuor eliciuntur conclusio-
 nes in qua eius tota summa consistit. 1.
 est quilibet fidelis tenet ueritatem in tri-
 nitate, et trinitatem in ueritate fateri.
 2. conclusio. nulli fidei licet de proce-
 tu ueritate ullatenus dubitare. //
 3. conclusio. proculdubio ueritas auctoritati-
 bus ueteris et noui testamenti comprobatur

Dubia circa litteram
 siue textus expositis
 contra illa uerba purgatissimis mentibus
 cernit. sic arguit, quod nullamens dicitur
 in

Augustina
de Trinitate
lib. 2

1
circa prin-
cipium ca-
pituli primi

ut eorum inquisitionibus satis
 fauente transueto plenius
 instruamus, et illi sine quibus
 inuenire quod quęritur desuis po-
 tui mentibus. quod de ipsa ueritate
 uel de nostra assertione quęramus

cum ergo dicimus tres personas
 singularitatem et solitudinem
 tollimus.

4. Augustini de Trinitate lib.
 1. cap. 2. et 1. lib. solilo-
 quiorum in principio. 1
 ad Timotheum. 6. exodi. 20
 et exodi. 3. et 15. psalm
 118. et 67. et 80. et 32
 proverb. 8. et gen. 3. Sapientia
 1. uer. 61. Abachuc. 3.
 Rom. 8. et 11 et August
 lib. 2. de trinitate cap. 6
 ex qua ~~trinitas~~ elicitur
 conclusio in qua eius fere
 summa consistit que talis est
 Desiderat ueritas essentia et
 trinitas personarum que aucto-
 ritatibus ueteris et noui tes-
 tamenti comprobatur
 Metrice sic

plena persona tribus est
 essentia simplex
 siue instrumentum mon-
 strat utrumque tibi -

est in via purgatissima est. sed tantum
 in patria. Per quod genus ad huc quodcumque
 contemplet perfecte indiget purgari
 quo ad intellectum, et affectum, id est
 deit per iustitiam fidei, id est per fidem
 que facit iustum in opere, et per se pur
 gat intellectum, sed iustitia affectum
 verius quod autem purgationis duplex est
 gradus, nam intellectus purgatus ex eum
 abstrahit a sensibilibus speciebus, purga
 tioe uero mundat a phantasticis imagi
 nibus, purgatissimus uero a phisicis rati
 onibus. gradus purgationis affectus
 succedit. Purgatus est affectus cum mu
 dat a culpa, purgatio a sequella, pur
 gatissimus ab accusatione, et in hoc tu
 tu idoneus est contemplari.

Contra illud (mentis enim humana ac
 es inualida in tam excellenti luce non figurat
 arguit sic. Videt enim quod mundata non
 figurat ibi, quod quantumcumque mundat ad
 huc excedit lux illa improporcionabili
 ter aciem mentis, ergo si propter sui excel
 lentiam non potest uideri a non habente
 fidem, neque etiam ab habente. Per quod
 differentia est inter figere, et considerare
 et figi et comprehendere. Considerari enim
 potest lux diuina a mente non munda
 sed figi non potest in illa, nisi mens a vitijis
 pura. Comprehendi etiam non potest nisi
 in patria. ratio autem quare non potest
 figi est duplex, tum quod est supra intellectus,
 et ides intellectus in ea non figurat nisi habe
 at

circum
 caput
 eiusdem
 capitis
 m

at gluceu affectus, sed statim recedit.
 alia ratio est. qz oculus sanus est illi.
 luci proportionabilis secundum quali-
 essentiam, iam ergo si ipsam generas-
 set. Saberet esse, per id quōd est genitū
 ab

sicut
 diuinam naturam quę cōmu-
 nis est diuini personis et to-
 ta in singulis

Nec obstat q. Augustinus
 aut septimo de trin q. sapientia
 est de sapientia sicut essentia
 de essentia et lib. de fide ad Pe
 trum diuinitatem filij a natu
 ra patris natam affirmat
 et. 15 de trinitate q. filius
 dicitur consilium de consilio
 et uoluntas de uoluntate
 et sicut substantia de subs
 tantia et sapientia de sapien
 tia. Hec enim Cui ipse Au
 gustinus explicat lib. 7. de tri
 nitate sic accipienda sunt
 sicut illud. Lumen de lumine
 ne cum sic idem lumen. et
 spiritus uicq. apud patrem qui est
 idem spiritus uicq. qui filius.
 Nec similiter obstat Hilarius
 asserens nihil esse in filio quod non
 sit natum. et naturam pro
 cessisse a natura. lib. 4. et 5. de
 trin. et apertius lib. 9. aut filium
 eiusdem generis genitam natu
 ram naturaliter in se genitam
 Sabrisse naturam. in his uero na
 turam in incarnatione aut assum
 psisse naturam. et naturam filij
 uo genitam uocat. ipse enim se
 ipsum explicat eodem lib. 4. dum
 ait q. non des sermone. sed sermo
 rei subiectus esse debet ut supra
 dictum est.

Augustini de trinit.
 Lib. 7. cap. 1. et contra
 Arrium et donatū. et
 coll. 9. 1. Matth. 5. 17. et
 August. lib. 15 de trin.
 cap. 20. et de fide ad Petru
 cap. 2 / 1. cor. 1 / Hilarij
 4. et 5. et 9. de trinit.

†

ab ipso et hoc implicat. Unde et
 a simili Augustinus probat q. pater
 non est sapiens sapientia genita. si
 enim pater esset sapiens per illam
 sapientiam quam genuit cum idem
 sit ei sapere et esse. sequit q. habere
 esse per illud. et ab illo quod genuit.

Sicut autem filius sic diuina essen
 tia. non tamen ex hoc pater genuit
 essentiam. sed genuit hoc quod est
 idem ^{quod} ipse, id est genuit filium
 qui est idem essentialiter cum eo.

quod autem auctores dicunt essen
 tiam filij esse de essentia patris intel
 ligendum est quasi dicant filius qui
 est essentia est de patre qui est eadem
 essentia. quod etiam quaedam auc
 toritates uident patrem genuisse fili
 um de sua substantia. et non deni
 co intelligenda sunt q. genuerit fi
 lium qui est eiusdem nature cum eo
 ac proinde dicitur filius natura (non per
 adoptionem) eandem naturam habes
 cum patre. et hoc debet esse magistri
 quam ipse fusius prosequit inductis
 auctoritatibus precipue Augustini
 Lib. 1. de trin. cap. 6. Matth. 22
 1. Ioan. 5. et Hilarij. lib. 12. de tri
 nit.

Ex qua tres eliciunt conclusiones uel
 in quibus tota eius summa consistit
 a) b) c)

1^a conclusio. Divina essentia non est generata, nec generans.
 2^a quamvis filius et spiritus sanctus sint idem cum essentia, sunt nihilominus ambo producti realiter.
 3^a conclusio. filius et spiritus sanctus non sunt producti de nihilo, neque de aliquo materialiter.

Dubia literalia.

contra illa verba ^{siue} in principio capⁱ.
 et secundo (ides non est dicendum q^d
 pater genuit divinam essentiam, ar
 guit, quoniam ista ratio videtur ducere ad hoc inconveniens scilicet q^d si essentia generaret a patre, essentia poneretur pro relativo, sed hoc nullum videtur inconveniens, si enim magis convenit essentia cum supposito quam universale cum singulari, et non est inconveniens q^d universale ponatur pro singulari, neque est inconveniens q^d essentia ponatur pro relativo. Et q^d si essentia poneretur pro relativo esset inconveniens non a parte rei, sed a parte expressionis fidei. tunc enim videretur, et restaret unitas essentiae in quadam distinctione; esset etiam inconveniens, q^d quod ponitur pro relativo, in quantum huiusmodi non indicat essentiam, si enim essentia poneretur pro relativo, essentia aliqua

†
 ex qua ~~trinitas~~ elicitur
 unum unum in qua eius
 fere summa consistit. quia
 lus est
 divina essentia nec generans
 dicitur nec genita. ~~filii~~ autem
 terni ~~et spiritus~~ producti
 sunt, non de nihilo, neque
 aliquo materialiter
 nec sic
 originata aut genuit divina
 essentia quamvis.
 natura genitus filius ipse pa
 tris.

1^a
 pestime
 dicunt
 caput
 primum

Do non indicaret essentiam, quod est
omnirationali contrarium.

Præterea contra illa verba ⁱⁿ ~~in~~ prin-
cipium capituli secundi. Item cum deus
pater, obicit quoniam ista ratio uij
dec ducere ad hoc inueniens, scili-
cet q. cum deus pater sit diuina essen-
tia, si eius esset genitor, utiq. esset ge-
nitor eius quod ipse est. sed contra, es-
sentia dicit quid commune, sicut et hoc
nomen, deus, sed si dicat homo Petrus
generat Sominem, et ipse est homo, er-
go generat se, argumentum non ualeat.
similiter uidet hic, pater generat deum
ergo est par ratione nec in proposito.
Rr q. commune dicit, quod est in multis
sed hoc potest esse tripliciter, aut q. plu-
rificat in multis, et quantum ad for-
mam, et quantum ad suppositum -
ut hoc nomen homo, et tale habet uni-
tatem rationis, que admittit distinc-
tionem, et quantum ad rem, et quan-
tum ad modum, unde bene dicit ho-
mo est ab homine, et dicit esse homi-
nes. alio modo est commune, quod plu-
rificat quantum ad supposita, non
quantum ad formam, ut hoc nomen
deus, et tale habet unitatem rei, se-
cundum q. res nominat naturam cum
multiplicatione suppositi, et idem
respicit distinctionem, q. importat dis-
tinctum.

distinctionem. ut modum. non ut rem.
 unde concedit deus deo. sed non deus
 est alius a deo. tertio modo est
 commune secundum nomen, quod est
 in multis. nec tamen pluralizat qua-
 tum ad formam, quod est unum in mul-
 tis; nec quantum ad supposita, quod
 pro illis non supponit; ut siue nomen
 essentia, et de tali communi uerum est
 dicere, quod non recipit distinctionem
 nec quantum ad modum, nec quan-
 tum ad rem, tunc enim uideretur
 idem distinguere a se; et ita argumen-
 tum magistri est bonum, si pater ge-
 nuit essentiam, pater genuit se, quod
 loquitur de communi a parte uocis sig-
 nificantis, non a parte rei; quod a parte
 rei eadem communitas est, in hoc quod
 est deus, et in hoc, quod est essentia.

3
 post mi-
 trum ca-
 pitul ter-
 tij -

Preterea contra illa uerba circame-
~~diuini capituli secundi~~ (et si ita est non
 genitio gignens etc.) obicit contrater-
 tiam rationem. Si pater genuit diuinam essentiam
 tunc genitum gignenti causa est. hinc
 enim ratio nihil uidetur ualere, quod rati-
 o causa non reperit in diuinis; causa
 enim est ad cuius esse sequitur aliud, sed
 in diuinis non est aliud, ergo etc.
 Item non sequitur pater genuit sapien-
 tiam, ergo pater est sapiens sapientia
 genita, ergo pariratione, nec procreata
 50

ritas si sunt ibi quatuor res / Item //
 irridet rationem Magistri. si essentia
 generat essentiam. et essentia est una
 res, ergo una res generat seipsam. Simi-
 liter enim ait Joachin potuisse dice-
 re magister. deus generat deum, unq
 est deus. ergo una res generat seipsam.
 Per nihilominus q. Joachin non recte
 arguit. et defuit ratio eius. q. res non
 accipit uniformiter. q. cum dicit. res
 primo modo ibi accipit res pro re na-
 tura. sed cum accipit secundo modo
 accipit pro ipsa natura divina. Pro-
 terea defuit ab insufficienti. q. non
 valet. si aliquid dicitur de altero. et
 non ^{dicitur} de alio. q. propter hoc illa faciunt
 numerum. Unde non valet. Petrus
 est individuum. Soms non est indivi-
 duum. ergo Soms et Petrus sunt duo
 habere enim proprietatem. et non ha-
 bere non sufficit ad distinguendum.
 et ad instantiam eius dicit. q. non
 recte instat. q. essentia est res una
 quantum ad suppositum. et significa-
 tum non enim supponit personas. sed
 deus est res una quantum ad signifi-
 catum. sed plures quantum ad suppo-
 situm: et ides ignoranter Joachin re-
 spectu dicit magistrum. et q. cum esset
 minoris auctoritatis non est reveritus
 magistrum. ac proinde iusto dei iudicio
 da

damnatus fuit libellus eius, in latera
mensi concilio et positio magistri appro-
bata.

circa illa verba Hilarij in principio
~~capitis~~ capitis (nihil nisi natum habet
filius, id est nihil habet secundum qd
est, nisi quod nascendo accepit) que-
rit de hoc verbo accepit, utrum dicat
substantiam, vel relationem, si substā-
tiam, ergo pater similiter accepit, si re-
lationem cum essentiam accepit fi-
lius, essentia est accepta, ergo essentia
refert. Rr q, accipere dicitur duo scili-
cet Sabere, et esse ab alio, quantum ad
Sabere essentiam; sed quantum ad hoc
quod est esse ab alio respicit personam
unde per Verbum accipiendi significat
q, essentia habet a persona, que est ab
alio.

respicit

contra illa verba, et ideo non refer-
t ad aliud q, in uno subsistit ex uno
circa medicum capitis. 3) arguit q, fal-
sum est dicere q, q, filius subsistit a pa-
tre non refert ad spiritum sanctum.
Rr q, illa verba possunt intelligi du-
pliciter, uno modo q, filius non habet
respectum nisi ad unam personam, et
hoc intelligit in quantum filius; q, in
quantum spirans est refert ad alium
vel q, persona filij non habet respectum
nisi ad unam naturam, et hoc verum
est, q, filius non habet in se nisi naturam
Patris

6 contra illa verba capitis noni post-
medium, (et naturam suam ut ita
dicam sequi indemutabilis deo est.
arguitur, in diuinit non est prius,
nec posterius, et ita nec precedere nec
sequi. Si dicas quod hoc ^{est} intelligitur
secundum rationem intelligendi.
Sic nihil est, qz deus gignens neqz
secundum rem, neqz secundum in-
tellectum sequitur aliud. R. qz Hi-
larus improprie loquitur, et ideo ad die
determinationem, ut ita dicam, et
tantum uult dicere sequi, quantum
inseparabiliter comunicari, et con-
sonare, et ab illis non recedere, et
patet per sequentia ~

7 contra illa verba capitis ^{noni} ~~decimi~~
circa principium (semel est genuit
filium) arguit, qz semel dicit in
uicitudinem, in generatione autem
perpetua nulla cadit uicisitudo, ergo
R. qz semel potest significare uel
nunc temporis, uel nunc perpetua-
tis, et si dicat nunc temporis, cum
tempus habeat diuersa nunc deuo-
tat intercessionem: si autem nunc
perpetuitatis illud nunc ^{cum} ~~semper~~ ^{sem} est, et
inuariabile et unum, semel dicit o-
mnimodam inuarietatem, perfectio-
nem, et unitatem

8 circa illa verba eiusdem capitis ^{noni} ~~decimi~~
ⁿⁱ

An post principium, filij Charitatis
 sua, quæritur utrum Charitas accipi
 at ibi essentialiter, aut rationaliter.
 Si essentialiter ergo Christus fi
 lius est essentia, quod non necesse est.
 Si dicas qd est impropria locutio, et
 est sensus filius essentia, id est, qui
 est essentia, tunc nullus videtur sen
 sus, et pro nihilo additum, hinc quæ
 sit Charitatis. Et rursus Augus
 tinus exponit filij Charitatis id est
 dilecti, sed pater diligit filium spiri
 tu sancto, ergo, etc. Si propter hoc
 dicas qd tenet rationaliter, tunc
 ergo filius dei est filius spiritus san
 cti, quod omnino est absurdum.
 R. qd propter hoc dicunt aliqui qd
 ille genitivus, nec proprie essentia
 licet, nec proprie rationaliter, sed
 modo modo tenet id est appropri
 ate. Sicut enim Charitas sic omnibus
 communis et proprium spiritus sanc
 ti uno tamen modo appropriate
 convenit patri, qd Charitas amor
 gratuitus est, qui tantum dat, et non
 accipit, et hinc est in persona patris
 id est appropriat patri, alio mo
 do dici potest, qd Charitas ibi tenetur
 essentialiter sicut dicit Augustinus
 qd nihil aliud est dicere filij chari
 tatis qd filij substantia, sed genitivus
 non

um. transfertur tamen abus ma:
ternus. ut concipere. et parturire. pro
es quibus agit unum principium ex
his duobus.

De materia huius distinctionis trac
tat. d. Thom. 1. p. q. 41. ar. 5. et ibi
eius interpretes.

Utrum conclusio distinc
tionis. uerasit. questio
Vnica.

Pro huius questionis contextura
sume tibi. sex articulos questionis
quadragessime prima, primas par
tes. et conspice primum argumē
tum primi articuli. quod actus ratio
nales non sint attribueris per
nis

Secundum quod actus rationales sunt
uoluntarij. ac proinde nullus aptus
ad generandum. quod sicut autem
sunt probat ex Philo^{et} dicit
in primo argumento secundi arti
culi.

Tertio arguit. cum primo argu
mento tertij articuli quod actus ra
tionales nihil esse uident. cum
non sint de aliquo. quod autem
non sint de aliquo probat ut ibi

Quarto arguit ex quarto articu
lo quod non est indium potentiarum
pcc

per se actum rationalium. (ac
proinde nullum habent esse) quod
sicut potentia probat. ut in primis ar-
gumentis quarti articuli.

5. quod potentia generandi signifi-
care debet essentiam (ut patet) et
non relationem. quod autem essentia
non significet probat argumentis pri-
mi quinti articuli.

6. quod si dantur actus rationales quilibet
ad plures personas terminari
poterit. ac proinde erunt plures per-
sonae generatae. uel spiratae. probat
quod possit ad plures terminari ut in
sexto articulo argumentis primis.

Sed In contrarium est ueritas
clausuris doctorum auctoritate firmata.

Statue ergo restabilia sex. ex
sex corporibus articulo. (con-
clusiones sex ex singulis articu-
lis desumptas et probatas argu-
mentis sed contra. Postea solutio-
nes argumentorum propositorum
singulas difficultates de poscenti-
um cum argumentis, et solutio-
nibus argumentorum prout in singu-
lis ^{articulis} argumentis proponunt.

Et si praedicta tibi uidebuntur
suppetere sume duos ad tres articu-
los

Los ex his quos dicitur Thomas
Sic circa istam distinctionem ma-
gistri pertractat.

37

Deus in excelsis deus
Solus dominus deus
Solus dominus deus

Deus in excelsis deus
Solus dominus deus
Solus dominus deus


Deus in excelsis deus
Solus dominus deus
Solus dominus deus


Deus in excelsis deus
Solus dominus deus
Solus dominus deus

Deus in excelsis deus
Solus dominus deus
Solus dominus deus

Deus in excelsis deus
Solus dominus deus
Solus dominus deus

Deus in excelsis deus
Solus dominus deus
Solus dominus deus





90

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

91

Main body of handwritten text, consisting of approximately 15 lines of cursive script.

Main body of handwritten text on the right side of the page, consisting of approximately 15 lines of cursive script.

Feb. 1.

Distinctio sexta

qua incipit. Preterea quæris olect et
 Postq̄ magister in precedenti ostē
 dit q̄ natura non potest esse termi
 nus generationis. in hac distinctio
 ne. quæ ^{tribus} ~~quatuor~~ capitibz absolui
 t̄ incipit agere de potentia gene
 rantis. et dividit in tres partes
 nam in prima ostendit quomodo
 pater nec voluntate. nec necessita
 te. filium genuit a principio des
 tinctionis usqz ad illa verba. sed
 contra hoc opponit. in 2^a parte a
 dictis verbis usqz ubi (predicta tamē
 verba) ratione quadam obdicit. in
 3^a usqz ad finem distinctiois red
 dit ad intentum principale. quæ
 in ep̄thomen redacta. sic habet
 Pater in divinis filium genuit
 necessitate. qz in ipso nulla cadit
 coactio. nec voluntate anteceden
 te. vel accidentē deus ut mentitq̄
 est currimus. sic enim deus esset mu
 tabilis. neqz argumentum eius a
 liquid probat. arguebat enim sic
 pater aut genuit filium volens
 aut nolens. si nolens esset miser
 ergo volens. ac proinde voluntate
 antecedente. ~~etiam addit sufficiens vo~~
~~luntas ~~concomitans~~~~. pari enim ra
 tione argueret. pater aut est deus
 nolens aut volens. et inferret esse
 deum voluntate. quod si arguas
 natu

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including phrases like "pater autem est deus volens"]

natura et voluntas idem sunt in
patre ergo si genuit filium natura
genuit et voluntate. Respondet
q. etiam si sunt idem realiter et ab
soluta identitate differunt tamen
ratione. et commotato. ac proinde
aliquid potest convenire uni, quod
non alteri. quoniam ad modum et sci
entia dei. Nec sic idem cum eius vo
luntate ad plura se extendit q. vo
luntas est enim scientia dei etiam

^ Et hunc sensum aperit et
confirmat Hieronymus su
per epistolam ad ephessios di
centem de filio dei id est domino
nostro Iesu Christo scriptum.
est q. cum patre sempiternum
et nunquam enim nec esse pater
na voluntas processit. et ille
quidem natura filius est.

malis. quia voluntas nec appro
bat nec videt. et sic est q. filium
dicimus esse filium naturaliter
et non voluntate. dicitur ergo
deus pater volens genuisse filium voluntate
sicut et sapiens. et potens ipsum
genuit. sed non voluntate proceden
te. vel accedente. quasi prius volu
erit. et postea genuerit. ut oppone
bant heretici. et hinc de litera di
tinctionis. quam magister fuesius
prosequitur inductis auctoritatibus
ephes. 1. ecclesi. 1. Augustini lib.
15. cap. 20. detrimt. et contra maxime

^ et in qq. ad orosium
et Hilary in lib. de synodis

tota vero ipsius in tribus conclusio
nibus summa consistit. quarum
hinc est. pater non genuit filium
necessitate cogente. aut volunta
te antecedente.

causam
natura
membra

2a

2^a conclusio. filius est filius natu-
 ra. et non voluntate.
 3^a necessitas incommutabilitatis. et
 voluntas incommutabilitatis concu-
 rrent ad filij generationem.

¶
 ex qua ~~conclusionibus~~ elicit
 conclusio in qua eius feresu
 ma consistit. que talis est
 Pater non necessitate gen-
 te, sed incommutabili. Nec vo-
 luntate antecedente sed co-
 munitate genuit natura
 filium.

Dubia Literalia

Sive textus exposito

1

¶

contra illa verba in principio capituli
 primi (nec voluntate. nec necessitate genuit)
 arguit. videt enim insufficientis di-
 uisio. qd omne quod deus facit. aut
 facit naturaliter. ^{aut} ~~et sic~~ necessario
 aut voluntarie. Si dicat qd ipse res-
 pondeat ad intellectum heretici. et
 hereticus intelligit de voluntate
 antecedente et de necessitate inui-
 tabilitatis. obicit qd oratio in se
 est multiplex. sed qui respondet o-
 rationi multiplexi simpliciter af-
 firmando. vel negando non bene
 respondeat. ut dicit philosophus. er-
 go est. R^o qd ~~hereticus~~ respondet secun-
 dum intellectum heretici. quam-
 vis autem oratio in se sit multiplex
 qd tamen hereticus in uno sensu
 accipit. nam multiplicitas illa non
 facit ad solvendum. qd non pro-
 cedat secundum illam. sed distinctio
 propositionis multiplexi. quando
 secundum illam multipliciter omnino

metrice sic
 quamvis in des-
 cendum
 eadem sit natura atq; vo-
 luntas
 concurrunt illi aliquid quod
 tamen hinc utrimque

ca

cadit deceptio, magis est ad ostenta-
 tionem, q̄ ad ueram responsionem
 contra illa uerba in principio
 caputis secundi. Verbum de j esse fili-
 um dei natura non uoluntate, ar-
 guit, q̄ pater alio est deus. et alio q̄
 pater. q̄ diuinitate est deus, et pa-
 ternitate est pater. ut dicit Augusti-
 nus, sed filius est deus natura diuini-
 tatis, ergo haec non dicitur filius sed ip-
 sa filiatione. R. q̄ ille ablatiuus
 potest construi formaliter, et sic fal-
 sa est, q̄ formaliter alio est deus
 scilicet natura, et alio filius. potest
 etiam construi originaliter, et in ra-
 tione principij. et sic uera est, et est
 sensus q̄ filius ortum habet a patre
 naturalij.

contra illa uerba Augustini circa
^{medium} ^{princi-}
~~patris~~ caputis ~~secundi~~ (acutela
 ne quidam respondit esse) arguitur
 q̄ multiplicare inueniens non
 est soluere argumentum. R. q̄ du-
 plex est solutio scilicet ad Seminem
 et ad orationem. et aliquando me-
 lius et utilius est soluere ad Seminem
 q̄ ad orationem. ut puta quando ar-
 guens est discipulus. et non uult intel-
 ligere ueritatem. et quando assiste-
 tes sunt simplices. et non possunt ca-
 pere

perire quod dicunt. ideo. qz hereticus //
 ueritatem respicebat. et aduersabat
 ideo aduersanti erat talis modo aduer-
 sandum. qui magis priuaret gloria
 et confunderet. et assilentes a decep-
 tione redderent immunes. ac proin-
 de istam responsionem commendat
 Augustinus qz manifeste opponente
 sua questione ligauerit. Sunc uero
 * modum responderi docuit dominus
 matt. 21. ubi quesiuit. baptismus
 Joannis a deo erat. an ab hominibus?

Sed queres supposito qz non est
 Responsum ad orationem. quos modo
 responderum est. Videt enim qz de
 finitio erroris heretici procedat per
 immediata. qz uelle et nolle opponu-
 tur contradictorie. inter qua non ca-
 dit medium. Sed R. qz hereticus que-
 rit de uoluntate antecedente. seu ac-
 cedente. Et tunc neutra pars est uera.
 nec sunt membra opposita contradic-
 torie. sed contrarie. nolle enim uel-
 le dicunt alius uoluntatis contrariis
 inter quos cadit medium. multa ete-
 nim uoluntas. nec uult. nec respuit.

¶ Contra illa uerba capitis ² ~~textij~~
^{medium.} post principium (nam et prescientia ² diuina essentia est)
 uidet manifeste facere illud psalmi
 qui ignorabam interrogabant me. et
 glossa ibi dicit qz pars nescit uerum. sed
 in

in deo est ars artium, ergo nec presu-
 entia dei, nec scientia se extendit ad ma-
 la, et bona. Si dicas q, nescit per mo-
 dum practicum et non speculationis
 contra, hoc solum scit ^{illo} modo quod
 in eo relucet, sed in deo non relucet
 mala, ergo etc. Item uidetur magister
 non soluere argumentum, multiply-
 care enim in conueniens, non est sol-
 uere. Respondendum tamen q, sicut
~~re~~ dictum est, deus cognoscit mala
 per seipsum, reuera enim iudicat de
 obliquis, et lux de tenebra, neq, ad
 hoc est necessarium q, mala in deo
 luceant, sed q, luceant bona opposita.
 Ad illud quod obicit de solutione
 dicendum q, solutionem non ponit, sed
 innuit contra arguendo, quasi dicat
 unum non potest inferri ex altero
 q, quamuis sint eadem in essentia, ta-
 men diuersa sunt composita.

Item querit de hoc quod dicit Ni-
 larius in notula circa istum s, (predic-
 ta tamen in principio caput ³ q, 1^a)
 q, sancta ecclesia anathematizauit eos
 qui dicunt deum non generare se-
 sibus etc. videt enim contradicere
 Damascensio dicens q, in deo non est
 consilium, q, consilium est ignoran-
 tis natura. R, q, consilium dicitur
 dupliciter, uno enim modo consilium
 dem

eadem est q. accipere consilium et ipso modo deest ignorantiam. et similiter consilium dictum ab hinc alio modo consulere est dare consilium, et sic dicit scientiam, et potest transferri ad divina, deus enim nullis modo accipit consilium aliunde. Unde notandum q. in consulis duo sunt sci licet cognitio rei occultae, et dispositio ferma; quoniam ergo in deo est verissima cognitio occultorum, et invariabilis idcirco dicit in ipso esse consilium. Unde gregor. deus mutat sententiam, sed non consilium. ^{et} Hilarius in libro de synodis, eos qui dicunt de non extantibus esse filium dei similiter qui dicunt q. neq. consilio neq. voluntate pater genuerit filium anathematizat sancta ecclesia. Item si quis nolente patre dicat natus filium anathemasit, non enim nolente patre coactus pater, vel naturali necessitate ductus, cum nollet genuit filium, sed mox ut voluit sine tempore et impassibiliter ex se unigenitum demonstravit.

De materia huius distinctionis a quo d. Thom. 1. p. q. 41. ar. 2. et ibi ipsius interpretes.

Quaestio circa hanc distinctionem discutienda eadem est quae praecedentes distinctioes.

eo dem ergo modo ellam dyponito
quo ibi. immo et sequentis distri-
tionis eadem ferme est materia -
nec ullo modo mirandum si eade
mouerant controuersia -
poteris tamen articulos quos infra
distinctione dyputat doctor angelicus
inducere et erit facilis processus
questionis, et magis ad rem -

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is faint and difficult to decipher, but appears to be organized into several lines or paragraphs. The ink is light and the paper shows signs of age and wear.

97

119

Feb. 1.

Distinctio septima

quae incipit hie solet queri est
 Postquam Magister in precedenti distinc-
 tione ostendit qualiter pater genuit
 filium quo ad uirtutem seu potentiam
 intellectualem. In hac qua ~~est~~ capiti-
 by absolute agit de potentia eius gene-
 randi naturalis, circa quod tria facit
 nam primo inquit an potentia gene-
 randi sit in filio, a principio distinctionis
 usque ad illa uerba, sed uehementer nos
 mouet. Secundo ostendit quod non gene-
 rare non sit impotentia in ipso filio usque
 ibi. Item querit a quibusdam, tertio
 reddit rationem de his dictis usque ad fi-
 nem distinctionis, que breuiter in e-
 pitho mem redacta sic habet.

Ad hoc quod querit an pater potuerit
 aut etiam uoluerit generare filium
 affirmative Responderendum est, neque
 ex hoc sequitur patrem aliquid posse
 aut uelle, quod filius non possit, aut
 non uelit, quod ibi posse et uelle gene-
 rare, non est aliquid sed ad aliquid
 pro quo aduertendum, quod quidquid est
 indiuisum aut est essentia, aut relatio
 ac proinde quidquid conuenit deo, aut
 conuenit rationi essentia, et sic est
 commune tribus personis, aut conuenit
 rationi relationis, et sic non erit com-
 mune, cum ergo posse generare, non sit
 aliquid indiuisum. Hoc est non pertinet ad
 es

mouens questiones circa
 generationis subiectum, et
 terminum. Circa modum
 generationis //

solum
 ad essentiam. sed potius ad relationem
 scilicet paternitatem. nihil mirum si
 non conveniat filio. Hinc est quod filius
 non potest nec vult generare non ar-
 guitur in eo impotentiam. cum eiusdem
 sit potentia cum patre; sed pertinet ad
 proprietatem sua persona, cuius est
 posse et velle nasci, quod quidem in eo
 est eadem potentia, que in patre est.
 potentia, que potest et vult generare.
 sicut in utroque est eadem sapientia, et
 natura. Hoc confirmat magister au-
 thoritate beati Augustini dicentis. quod fi-
 lius potest generare sed non oportuit
 ipsum generare. id est (ut explicat)
 se magister) non convenit ei proprie-
 tas eius, qua est filius et non pater. et
 concludit, quod sicut non arguitur impoten-
 tiam in patre, quod non possit esse filius,
 ita nec e contra, arguitur impotentiam
 in filio, quod non possit esse pater. In
 filio ergo non est potentia generandi
 si ad proprietatem referat intelligi
 tia, quamvis bene si ad naturam po-
 tentia, enim generandi non tantum di-
 ce naturam, sed et proprietatem, et
 tunc idem sicut posse generare, et pos-
 se generari, et hinc debet esse distinctio
 nis quam ipse magister dicitur prosequi in
 his auctoritatibus precipue Augustini
 Lib

quare autem non oportuit
 et subdit Augustinus dicens
 immoderata enim esse di-
 vina generatio, si genitus
 filius nepotem generet
 patri, quod est ipse. Nepos, ni-
 si a suo pro nepotem qui
 necesse secundum vestram
 mirabilem sapientiam im-
 potens diceretur nec im-
 pleret generationis series

Lib. 3. cap. 12. ^{contra} ad maxim. et Sob. 1. de
trin. cap. 1. / +

uclupa
trinem
625 ~

ex qua tres eliciuntur conclusiones ex
in quibus eius tota summa consistit.
1. prima conclusio. non est simpliciter
quid. sed ad aliquid posse aut uelle pa-
trem filium generare. //
2. q. filius non possit aut uelle genera-
re non est ex impotentia ipsius.
3. una eadem et equalis potentia gene-
rari potest in patre et in filio.

Dubia circa litteram.

I

^{sua textus expos.}
circa illa verba in principio capitis //
primi (si enim inquirunt) dubitat
de solutione Magistri, quae hic immu-
t. non sequit. pater potest generare
quod non filius, ergo potest aliquid quod
non filius, et respondet q. posse gene-
rare non est posse aliquid subiectum
potentiae. Hoc autem non uidetur solu-
uere sed aggravare argumentum. cum
enim generare cum posse sit posse maxi-
mum, uidetur q. maius inuenient se-
quitur, et magis derogat potentiae filij si
in hoc deficit q. si cum generare filius
est subiectum potentiae. R. tamen
q. magister bene soluit. potentia enim
patris debet comparari ad inferius, et
ad equale, sed ad superius non, cum ca-
reat superiori, cum comparat ad inferi-
us

aliquid

+
ex qua trimembres elici-
tur conclusio in qua eius
fere summa consistit quae
talitudo est
non est simpliciter quid sed
ad aliquid patrem posse aut
uelle generare filium, neq.
ex impotentia filij q. non
possit aut uelle generare
est enim in eo equalis po-
tentia generandi cum patre
metrice sic
Patri eadem et generato divi-
na potentia gigni-
fica potuit soboles et genera-
re pariter.

potuit uel uoluit gene-
rare filium ergo potuit
ut aliquid et uoluit q.
uoluit nec uoluit nec po-
tuit filius

us. tunc est potentia essentialis et es-
 sentialiter terna, qz constat respectum
 in creatura, et respectu talis potentia
 inconveneriens esset, qz aliquid posset pater
 quod non posset filius, qz tunc differrent
 per essentiam. Cum autem comparat
 ad aequale, ut ad personam, contrahit
 ad personam, et tunc nullum inconvene-
 nens est, si aliqua proprietas persona-
 lis sit in patre, quae non est in filio. ideo
 non sequit qz aliqua potentia sit in pa-
 tre, quae non in filio

contra illa verba in medio primi capi- 7
 tui (generatio filij est non est de omni-
 bus) videtur esse Ricardus de sancto vito
 re dum ait qz qz omnipotens est excusa-
 ri non potest quin filium genuerit. ex
 qz generatio filij continet sub omni po-
 tentia, ergo filius inter omnia continet.
 R. tamen qz sicut dicit magister gene-
 ratio filij non continet sub omni po-
 tentia nisi acciperet omnipotentia per
 approbationem; et quod dicit Ricardus
 non intelligit tanqz filius sit inter
 omnia. Sed tanqz ante omnia, unde
 arguit ex posteriori. si enim emanatio
 naturae secundum rationem intelligen-
 di, precedit emanationem secundum
 rationem voluntatis, nunqz deus esset
 potens producere creaturam per volun-
 tatem, nisi etiam produxisset filium per
 ra-

per infinitam individuum
 rum successionem conser-
 uare perpetuitatem suam
 saltem secundum idem in-
 speciem, et hoc nullo modo
 des conuenit. **¶**
 circa illa verba prope me-
 dium capituli secundi (non
 enim non potuit, sed non
 oportuit. Idest non ex impo-
 tentia est) dubitat quoniam
 an uideat ista expositio mi-
 nus esse extorta, et non pos-
 se accipi ex verbis Augusti-
 ni, sed decerendum quod Ma-
 gister accepit, et tamen ex posi-
 tionem ex eo quod non po-
 tuit, potest sumi negatiue
 tantum, et sic procedebat
 obiectis, uel potest sumi
 quasi priuatiue, ut non po-
 tuit sic quasi terminus in-
 finitum, et tunc per hoc, quod
 dicit non enim potuit, ne-
 gat impotentia.
 Sed uideat iterum quod ex impo-
 tentia filij sic quod non generet et
 ita enim arguit Augustinus
 si pater non potuit generare
 filium ueternum, et eodem qua-
 lem sibi, impotens fuit, ergo
 uideat similiter quod si filius non
 potuit impotens sit. Sed Res-
 pondet quod generare filium,
 est de his, que pertinent ad
 ra.

dei, quoniam relationes increaturis
 non dant relatiuis existere, unde
 sine illis potest res esse et cum illis
 indiuisis autem dant personis exis-
 tere, et ideo si intelligatur quod proprie-
 tas in se hypostasis intelligitur esse,
 et similiter si intelligitur non in se
 intelligitur hypostasis non esse, cum
 ergo spiritus sanctus non possit si-
 mul spirari, et generari, quoniam
 uis una persona possit duobus mo-
 dis producere, tamen una persona
 non potest nisi uno modo produci,
 sequitur de necessitate si potest spiri-
 tus sanctus esse filius, uel potuit, quod
 potuit non esse spiritus siue non spirari
 ri, et si potuit non spirari potuit non
 esse, et iterum si potuit generari
 potuit non esse, et ita potuit fieri de
 ente non ens et de non ente ens, ac
 per hoc mutari, et sic patet ultimam
 quod non dicit mutari propter diuersita-
 tem proprietatum circa idem suppo-
 sitionem, sicut est in mutatione natura-
 li, sed propter corruptionem et incor-
 tionem eiusdem. Neque est illud simi-
 le pater potest generare et spirare
 sine huius mutatione, ergo et spiritus
 sanctus generari et spirari, quoniam est
 inconueniens unum principium
 pluribus modis producere, sed unum
 principium pluribus modis produci est
 im

impossibile. Et in impossibile, et ideo
patet illud.

7 Contra illa verba capitis ^{sexti} quinti cir-
ca principium (pater non est potens ni-
si natura) arguitur quod secundum hoc
generare, quod nullo modo est essentia
nullo modo esset potentia. R. q. q. 3
uis potentia absolute considerata sic
idem q. essentia, tamen potentia, q.
non est nomen ad se abstractum si-
cut essentia trahit ad personam. Un-
de potentia generandi non dicit na-
turam divinam simpliciter, sed natu-
ram ut in tali persona scilicet in ma-
tribus. ideo non est simile de hoc nomi-
ne essentia, et de hoc nomine potentia

8 Contra illa verba circa finem capitis
quinti (aliam significat potentiam
qua pater potens est etc) arguitur, quod
visio potentia sufficientis est per acti-
uam, et passivam, sed posse gignere
dicit potentiam activam, posse gigni
potentiam passivam, ergo non potest
aliam potentiam significari. Si tu dicas
q. generare non est agere proprie, si-
militer, nec generari pati, obicitur
q. potentia distinguitur per actus, sed
aliud est gignere, et aliud gigni, ergo
aliam est potentia sui, et aliam illius.
R. q. ista distinctio, quam magister
ponit de potentia gignendi aliam et
pas

rationem patris, et ideo
nihil posset deesse de his
qua sunt (vel pertinent
ad perfectionem generatio-
nis, quin rediret in
impotentiam patris. Sed
generare non pertinet ad
rationem filij, immo po-
tius est oppositum filiatio-
ni, et ideo ex hoc non ostē-
dit filius impotens: sicut
Somo non dicitur impotens
nisi ex eo q. non potest ea
qua ad ipsum pertinent.

passive fundat super hoc qd potentia potest considerari secundum id quod est et sic dicitur naturam, et sic unam natura est in generante et genito. sed alio modo, et alio modo. sic eadem potentia potest iterum considerari secundum id ad quod est. et sic dicitur modum existendi naturam in persona in comparatione ad alium, qui est principium vel principiatum, et sic cum dicitur modi sine diversis dicitur proprietates posse generare, et posse generari, et distinguuntur secundum alius personalem sed primo modo non.

circa illa verba (filius habet potentiam qua potest esse filius, vel qua potest gigni) post medium capitulum ~~sex~~ ^{duo}. Dubitat qd videtur a veritate aliena. gigni enim omnino est a gignere, et gignere est a potentia patris, ergo et gigni. R. qd sicut potentia gignendi in patre non dicit nisi naturam in persona ut nata ex se producere aliam, sic potentia gignendi in filio, non dicit nisi naturam in persona ut nata producat ab alia, sicut enim h^o posthasti patris convenit generare, sic h^o posthasti filij convenit generari; nec valet quod dicitur in contrarium, nam omne quod habet filius, sive essentiale, sive personale habet a patre, id est quamvis ipsi

gig

gigni sic a potentia patris, non exclu-
dit tamen, quin potentia gignendi pas-
siva sit in filio, sed illa potentia non
est principium generationis, sed idonei-
tas personae, seu hypostasis cum sua ap-
prietate ad generari. Unde quod dicitur pos-
se gigni potentia potest intelligi origi-
naliter et sic est in solo patre; vel for-
maliter et sic potest esse in filio; alio
vero modo non. De materia huius distinctionis tractat. 2

Thom. 1. p. 9. 41. ar. 4 et
6. et 9. 40. ar. 5.

Querit. Vm ea qua in
istis distinctionibus dicun-
tur vera sint? ~ ~ ~

conclusio
re)

1. a parte negativa arguit primo
videtur enim quod in deo non sit potentia
generandi. ponatur primum argumentum
primi articuli dicitur Thomae in hac distinc-
tione, sic, quidquid exit ab aliqua po-
tentia est.

2. quod potentia generandi videtur
esse ad aliquid remota enim intellec-
tu distinctio personarum est. ut in
primo argumento secundi articuli.

3. quod si talis potentia est in deo, cum
ibi nihil sit equivoce cum dicitur uni-
verse cum potentia creandi hoc autem
esse non potest, quod potentia distinguitur
et peractus est. ut in primo argumen-
to

Hec questio concinat
ex his quae dicitur Thomae
in commentariis huius dis-
tinctionis inquirat?

to tertij articuli: divi Thomae ~
4^o argue ex parte communitatis istius
potentia et quod modo sit in filio
quod includit in se paternitatem est ut
in primo argumento primi articuli
Secundae questionis.

5^o ex parte communitatis eiusdem po
tentis argumentum, quod ut cumque repe
riat in filio poterit et de facto gene
rabit alium filium, quod est potentiam
impedita est, ut in primo argumen
to secundi articuli secundae questio
nis. | Sed contra est auctoritas Augustini e^{ma}

Notandum primum, ut in Responde
dicendum primi articuli. (giltzi
ett.)

Notabile secundum ex Responde
dicendum secundi articuli.

Notabile tertium ex Responde
dicendum tertij articuli.

Notabile quartum ex Responde
dicendum quarti articuli qui est primum
secundae questionis.

Notabile quintum, ex quinto Res
ponde dicendum

Prima conclusio ex primo notabili
quod scilicet in deo est potentia generan
di, quae probatur argumentis sed contra
primi articuli.

2^a conclusio ex secundo notabili sci
licet

Sicut q. potentia generandi non dicitur pro
scire ad aliquid. que probet argumentis
sed contra Secundi articuli.

3^a conclusio ex 3^o notabili cum argu-
mentis sed contra tertij articuli.

4^a conclusio similiter ex quarto no-
tabili cum argumentis sed contra.

5^a conclusio similiter ex 5^o notabili
est.

Primum argumentum petit difficul-
tatem primij articuli cuius pars ne-
gativa. (que militat contra primam
conclusionem) probet argumentis ubi
adductis. et Respondeatur.

2^m argumentum militat aduersus
Secundam conclusionem. et petit dif-
ficultatem Secundi articuli proponantur
argumenta et soluantur.

3^m argumentum petit difficultatem
tertij articuli. et militat aduersus
tertiam conclusionem. proponantur
argumenta articuli contra eam et
soluantur.

4^m argumentum petit difficultatem
quarti articuli. et militat contra 4^{am}
conclusionem. proponantur argumē-
ta illius articuli et soluantur.

5^m argumentum petit difficultatem
quinti articuli. contra quintam conclu-
sionem. proponantur argum. et soluantur

et finit questio. 4.

¶. q. si que in hac questio-
ne discutunt ex diuisio-
ne ut prosequimur tibi
non uidebunt sufficere
sunt ad supplendum ex
questione quam disputa-
uimus super distinc-
tionem quintam.) quemad-
modum et si questio fue-
rit longior q. pro captu
tuo poteris facile de ar-
ticulis demere.

Distinctio octava

^{qua incipit nunc de veritate etc.}
 Post q̄ magister in precedenti ostendi-
 dit quod tenendum sit de veritate gen-
 nentis in hac distinctione agit de na-
 tura communicata per actum generatio-
 nis, ^{et} quae dividit in tres partes in qua-
 rum prima ostendit divinam essentiam
 veritatem a principio usq; ubi (dei
 autem solius essentia) in secunda
 ostendit eius naturam immutabilitatem
 a dictis verbis usq; ubi (eademq;
 sola proprie simplex est) in tertia par-
 te eius simplicitatem a dictis verbis
 usq; in finem distinctionis, quae in epy-
 thomen redacta sic habet.

Solus deus seu divina natura vere
 est immutabilis ac simplicissima, ve-
 re quidem, q̄ sine non actualitatis
 admixtione, eius enim esse est q̄ fernū
 nam (et a verbo essendi proprium no-
 men habet) et sine praeteritione, et fut-
 ueritione, quod explicans Hieronimo
 ait, q̄ esse dei non novit praeteritum
 q̄ semper erat, non desinit esse, neq;
 novit futurum, q̄ semper fuit, nec in-
 cepit esse, et hanc expositionem con-
 firmat per Augustinum, obicit tamē
 contra hoc, dicens, si esse divinum nō
 novit praeteritum, nec futurum, quo-
 modo ergo verba praeteriti vel futuri
 temporis de eo dicuntur? et respondet
 q̄ praedicta verba de eo dicuntur, non
 q̄

A
 quae novem capitibus
 absolvitur.

quod esse diuinum preterito aut futuro
subiaccat, sed ad significandam diuinam
eternitatem, et permanentem ipsius
perpetuitatem. Subdit etiam quod esse
diuinum non aduenit ei ab alio, neque
est accidentis mutabile, sed naturaliter
est.

est autem deus immutabilis quod est ip-
sum suum esse, quod impossibile est ali-
ter disponi, quod est, neque enim uerissima
esset dei natura simulari posset, neque
aliqua sunt in eo accidentia secundum
qua mutetur, neque per loca, uel tempora
uel affectiones uariatur, ut fit in creatu-
ris. ac proinde hoc probat quatuor ra-
tionibus, quarum prima talis est, in
omni mutabili est aliquid secundum
accidens, quod mediante fit mutatio
(id autem sumit ab Augustino) in-
deus uero nihil est secundum accidens
ergo deus est immutabilis. Secunda
ratio talis est, quod scilicet uerissimum
esse, semper seruat esse, deus autem
scilicet uerissimum esse, ergo semper ser-
uat esse; et omne tale immutabile
est, ergo deus est immutabilis. ter-
tia (et sumpta est ab Apostolo) potest
sic formari, omne quod mutatur mo-
rte et mouetur secundum aliquid suum.
quod dicit Augustinus omnis mutabilis
nonnulla est mors ipsa mutatio, sed
deus semper est immortalis ut dicit A-
pos

postulatus ergo deus est immutabilis
quarta ratio est. omne quod mutatur
mouetur. uel per locum. uel per tempus.
sed deus nullis motibus mouetur. ergo deus
est immutabilis.

Simpliçissimus uero uerus est et sine
omni compositione. uel multiplicati
one; et sic uere et proprie simplex. cum
in eo nulla sit partium. uel acciden
tium. uel formarum diuersitas. unde
nec alicui prædicamentis subicit; nec
proprie substantia appellatur cum non
substat accidenti.

Simpliçitati autem ipsius nominum
multiplicitas de ipsa dictorum non
repugnat. quia scilicet omnia unum
significant. nec ista diuina nature
simpliciçitas excludit diuinarum per
sonarum trinitatem. quia singule deus
sunt. et nihil est in deo. quod non sit
deus. Et sic de littera magistri. qu
am ipse latius prosequitur inductis auc
toritatibus. præcipue Augustini. lib
5. de trinitate. cap. 8. Hieronymi. lib. 2. de
trinitate. 1. ad Timotheum. 6. et Augusti
ni. lib. 15. de trinitate. cap. 17.

exod. 3. Ioa. 16
August. lib. 5. de tri
nitate. cap. 2. Iacob.
1. psalm. 101. Ma
lach. 3. August. lib.
1. de trinitate. c. 1. et li.
6. cap. 4. et lib. 5.
c. 1. et lib. 7. c. 5

ex qua tres eliciuntur conclusiones in
quibus tota ipsius summa consistit. uel
prima est. deus habet proprie essentiali
ueritatem. sine alicuius non actuali
ta

membrum

tatis admixtione / 2^a conclusio solus
 deus habet eterna permanentis stabili-
 tatem sine ulla varietate.
 3^a conclusio deus habet simplicitatem
 essentia sine alicuius multiplicis
 compositione.

Dubia Literalia ~

^{Sine textu exposito}

1 / contra illa verba in principio capi-
 tus primi (nunc de veritate siue pro-
 prietate est) arguitur, quod omne, quod
 habet proprium distinguitur, sed di-
 vina essentia non distinguitur, ergo non
 habet proprium. Respondet, quod di-
 vina essentia eo modo est distinguibi-
 lis, quod habet proprietates, et e con-
 verso; quod quamvis in se non dis-
 tinguitur per plurificationem sui,
 nec a persona per diversitatem, est
 tamen distinguibilis respectu essentia
 creaturae, respectu cuius habet has pro-
 prietates.
 Item queritur de illis tribus proprie-
 tatibus, quas ponit, scilicet de ve-
 ritate, immutabilitate, et simpli-
 citate, cum multis alia sine propri-
 etates divina essentia, quare solum
 debet tribus loqui. Respondet, quod per
 has tres proprietates sufficienter dis-
 tinguitur esse increatum a creato, nam
 creatum eo ipso, quod creatum habet esse
 post

†
 ex qua tamen debet elicit
 est deus in qua eius fore
 si una consistit quod talis est
 essentia deus est actus purus
 eternaliter stabilis et si me
 simplex
 matrice sic
 est solus vere deus immutabi-
 lis acq.
 simplex est solus scilicet esse
 suum
 divina natura

post non esse, et ita esse vanum, et pos-
 sibile, ides qz habet esse permixtum cum
 possibilitate, et propter hoc deficit, a ve-
 ritate, stabilitate, et simplicitate, in
 creatum vero esse habet contrarias pro-
 prietas, et in his sufficienter distinguit
 nam veritas respicit quod est, immuta-
 bilitas quo est, simplicitas utriusqz.
 Deo patet sufficientia, et ordo.

contra illa verba (Sicut enim ab eo
 quod est sapere dicitur sapientia) argu-
 itur, qz non videtur vera, sicut enim
 se habet albedo ad album, sic sapientia
 ad sapere; sed albedo non dicitur ab albo
 immo magis e contra, ergo etc. Respon-
 det qz secundum intellectum componen-
 tem. Sapere dicitur a sapientia, qz intel-
 lectus componens procedit ab abstracto
 ad concretum; secundum vero res
 veritatem e converso, et quantum ad
 hunc loquitur Augustinus. Vel posset
 dici qz loquitur secundum consideratio-
 nem grammaticam, non logicam.

circum illa verba (et quis magis est qz
 ille, qui dixit famulo suo ego sum qui
 sum) dubitat, quod esse non recipi ma-
 gis et minus, et maxime in deo. Res-
 pondet tamen, qz magis et minus dupli-
 ceter possunt considerari, scilicet in com-
 paratione ad idem, et sic dicitur intensi-
 onem, et remissionem; vel in compara-
 tio

post in-
 tum ca-
 ptes pro-
 mi

3
 circa m-
 dicitur
 tis primi

tionem ad diversas substantias, et naturas
 et sic dicuntur gradum, et excessum: et sic
 bene ponitur magis et minus in eorum res-
 pectu creatoris, et creature, et respectu
 creaturarum ad invicem, sed in compa-
 ratione creature ad creatorem est exces-
 sus inproportionabilis, et infinitus, res-
 pectu vero creaturarum est proportiona-
 bilis.

A
 et medi
 in capi
 primi

circum illa verba (cuius essentia non no-
 vit preteritum, vel futurum) dubitatur
 quoniam videtur ista proprietas etiam an-
 gelorum, et ita dicit Augustinus de civi-
 tate dei, quod immortalitas angelorum non
 est preterita quasi non sit, nec futura, quod
 quasi non videtur, sed semper est presentis
 ergo non est proprium soli dei. Respon-
 detur quod quidam asserunt durationem quod
 non habet preteritum, et futurum, nisi
 sub minus ipsum quiternum, seu eter-
 num habet preteritum, et futurum quod
 tantum ad affectiones; et ita proprium
 est ipsius dei. Alij dicunt quod in omni-
 duratione esse creatum, quoniam dif-
 fert a duranti etiam habet esse possibi-
 le cum priore et posteriore, sed distinguitur
 in priori et posteriori, quodam enim est
 quod dicitur durationis successionem, quod
 oddam successionis durationem cum
 variatione, et inruatione. Primum
 est in quo, secundum Aug in tempore
 et

Et hoc uult Anselmus. et hoc credo pro-
babilius. per quod patet responsio ad ver-
bum Augustini, ipse enim loquitur de pri-
ori. et posteriori. quod dicit inuolutionem
uariationem. et corruptionem.

contra illa uerba (cuius essentia cum
paratum nostrum esse non est) argui
v. qz quod inest alicui substantialiter
non adimit comparatione aliqua, sed
esse est substantiale cuiuslibet rei. ergo
est. Item ex comparatione ad deum
creatura meliorat ut dicit Augustinus
ergo ut sic magis est. qz si non com-
paratur. ergo est. Respondet. q. dupliciter
possumus accipere talem comparationem
uno modo secundum rationem influen-
tia. et receptionis. et sic creatura ad-
deum comparata est magis qz si non com-
paratur: alio modo comparatur secundum
habitudinem equiparantem. et proporti-
onis et hoc modo uerum est. q. nulla est
ratio proportionabilis secundum ^{con-} diti-
nem ueritatis. et nobilitatis esse diuini
et idem quasi nihil est. non omnino in
se. sed nihil in proportione. qz nulla
potest inueniri proportio quantitativa
circa illa uerba (dicatur ergo q. sem-
per fuit. est. et erit) dubitat. uidentur
enim non dici de deo. qz dicuntur diuis-
sa tempora. in deo autem non adit
diuersitas temporum. R. quidam uo-
lunt

Suerunt dicere, q. alius ista non producat
 deus deuersa tempora secundum essen-
 tiam, sed secundum concomitantiam
 q. diuinum esse omnino inuariatum
 omne tempus concomitat, sed hęc posi-
 tio non plene soluit; dicitur enim ce-
 re q. deus fuit ante omne tempus, tunc
 ergo concomitantiam non potest dicere.
 ides dicunt alij, q. tempus con-
 significatum non est dispositio rei acceptæ, siue
 intellectæ, quando dicit de deo, sed solū
 modi intelligendi; quando uero de re
 mobilij utriusq. modo. exemplum patet
 de masculino genere in lapide, et uir
 quoniam in uirgo est dispositio rei accep-
 tæ in lapide ut modus intelligendi solū.
 sed hoc non uidet sufficiens, q. intellectus
 non ponit præteritum circa suum intel-
 ligere, quando intelligit deum fuisse
 ergo oportet, q. ponat circumferentiam. Propte-
 rea notandum, q. uerba diuersorum tē-
 porum aliter dicunt de æterno, aliter
 de temporalij; nam resp. ad temporales
 important mutabilitatem, et successio-
 nem, et durationem. secundum uero q. de
 æternis dicunt, distantiam important
 successionem scilicet ~~successionem~~, et dura-
 tionem, sicut uolunt Hieronimus, Augus-
 tinus, et Anselmus. secundum uero q. dicit
 de deo important solū durationem. Et
 sic

Sic dicitur deus fuit, quia eius duratio non
 ex parte. deus est, quia eius duratio non inter-
 rumptur. deus erit, quia non desinet, nec cor-
 rumptur. proprie ergo loquendo non dicitur
 et de deo ut dicit Hieronimus. Sarge autem
 loquendo dicitur ut dicit magister et
 Augustinus, et ad hoc tendit opinio ma-
 gistrorum.

circa illa verba (esse non est deus accidens)
 queritur quid sibi uelint, quia cum esse nec
 creatura sit accidens, nulli enim omnino
 rei accidit esse, quomodo per hoc notatur
 deus differre a creatura. Respondet quod acci-
 dens dicitur quod natum in alio esse, ab alio
 exire, et ab alio recedere, accidens enim di-
 citur quod inest subiecto, et ab illo trahit ori-
 nem, et propterea potest adesse, et abesse
 in his tribus proprietatibus est in creatura
 creatum. Sicut non eodem modo omnino
 nam esse nostrum pendet ab alio sustinente
 ore ab alio efficiente, creatura etiam na-
 ta est suum esse perdere. Fides esse eius
 est quasi accidens, non tamen uere accidens,
 quia cum pendeat a deo, non perdet sicut a
 subiecto; e conuerso est in deo, et deus dicit
 Hilarius quod esse non est accidens deo, ut hinc
 propter contrarias proprietates, quod acci-
 dens natum est alij inesse, et propter hoc di-
 citur sustentens ueritas, quia natum est ab alio
 exire dicitur manens causa, quia natum est et
 am ab alio recedere, contra hoc dicit natura
 sui generis oportet, quod non dimittit esse.

7
 in fine
 p. 115
 di.

8
post principii
sum capi
tes quar
ti 3.

8 circa illa verba (solum deus habet im-
mortalitatem) querit quomodo acci-
piat immortalitas, dicit enim hic Aug-
ustinus qd sumit pro incommutabilitate
Soc autem videt incommutabilis, quoniam
mors non dicit omnem mutabilitatem
sed solum corruptibilitatem uiuentium,
ergo non idem est dicere. Respondetur
q, sicut uita accipit communiter, et propri-
e, ita et mors, ita et immortalitas, una
enim modo dicit uita altus continuus, et
internus, qui est a forma spiritali, et sic
dicit proprie, et isto modo mortalitas di-
cit uitam talem cum possibilitate ad eius
priuationem. alio modo dicit uita altus
completus potentia, qua est secundum rei
naturam, sicut dicit aqua uita, quae ha-
bet operationem aquae conuenientem
et hoc modo importat repugnantiam ad
corruptionem: et ides debet dici secundum
Sanctam, immortale, quod est ita in ac-
tu completo, q, nullo modo potest aliquam
peiorationem recipere, et sic accipit Apo-
stolus, et exponit Augustinus

9
post initi-
um capi-
tes quar-
ti certij

9 circa illa verba (nec vicissitudinis obum-
bratio) querit quae differentia est inter
vicissitudinem, et obumbrationem, et quae
conuenientia ratione cuius dicit vicissi-
tudo obumbrare. Respondetur q, vicissitu-
do importat numerum in eis, et iste est nume-
rus cum interruptione. Sed obumbratio di-
cit

cie per privationem actus. Luxis quoniam
 ergo actus forme lux est. privatio eius rec-
 te dicitur obumbratio, et qz vicissitudo ra-
 tione numeri dicit interruptionem, et ra-
 tione interruptionis dicit privationem, et
 ratione privationis obumbrationem. hinc
 recte dicitur vicissitudo obumbratio
 de materia istius distinctionis agit dicitur
 Thomas 1. p. q. 3. ar. 4. et ibi prius in
 terpretes. et 1. p. q. 9. ar. 1. et 2. et de
 simplicitate creaturae principaliter 1. p.
 q. 75. ar. 2. et q. 76. ar. 3.

circa istam distinctionem
 querit an conclusio ipsius
~~membris~~ vera sit.

Ad Sciens questionis constitutionem
 sume tibi ex questione tertia prime par-
 tis divi Thomae. sex articulos. secundum
 scilicet, Tertium, quartum, sextum
 et septimum. et ex questione prima
 eiusdem prime partis sume articulum
 primum et secundum.

ex his ergo octo articulis sume octo ar-
 gumenta. primum scilicet cuiusqz arti-
 culi. Sic.

Primum ad probandum qz in deo sit com-
 positio materis et forme.

Secundum ad probandum qz saltem deo
 non sit idem quod sua essentia vel natura.

Tertium qz saltem in eo non est idem esse
 tra et esse.

quod

quartum qz in eo saltem erunt acciden-
tia quintum argumentum q saltem
non erit omnino simplex.

Sextum q saltem in compositione mal-
orum ueniatur.

Septimum probandum q non sit saltem
omnino immutabile. || ||

8^m q saltem immutabile. Non sit pro-
prium ipsius. ~ || ~

In contrarium est ueritas conclusionis
Et ueritas a magistro adducta -
deinde statue obrotabilia ex ~~corpore~~^{corpore}
69 articulo. / obrotabiles conclusiones ex eis
deductas probatas argumentis sed contra
Et in singulorum obrotabulum argumentum
solutionibus singulas difficultates uic
argumentis articulo. et eorum so-
lutionibus.

1112


The first part of the book is a history of the
 city of London from its foundation to the
 present time. It is written in a plain and
 simple style, and is full of interesting
 facts and anecdotes. The author has
 made a great deal of research, and his
 work is very valuable. It is a book
 which every citizen of London should
 read, and which every student of
 history should have in his library.

The second part of the book is a
 description of the city of London, and
 of its various parts. It is written in a
 plain and simple style, and is full of
 interesting facts and anecdotes. The
 author has made a great deal of
 research, and his work is very
 valuable. It is a book which every
 citizen of London should read, and
 which every student of history
 should have in his library.

112


115

112




114

115



116

112



118

118

The first part of the book is a history of the
 city of London from its foundation to the
 present time. It is written in a plain and
 simple style, and contains many interesting
 particulars of the city's growth and
 improvement. The second part is a
 description of the city's government and
 laws, and the third part is a list of the
 city's officers and their duties. The book is
 a valuable work for any one who is
 interested in the history and government
 of London.

The second part of the book is a
 description of the city's government and
 laws, and the third part is a list of the
 city's officers and their duties. The book is
 a valuable work for any one who is
 interested in the history and government
 of London.

PLA

Feb. 1.

Distinctio Nona.

(que quin
decim capi
tibus ab
soluitur.
et incipit
novam ad
distinctio
nem.)

qua incipit. nunc ad distinctionem trium est
Postq̄ in precedenti egit de natura co
municata per generationem in hac
distinctione agit magister de coeterni
tate genitoris et geniti. et dividitur
in tres partes in quarum prima ostendit
patris et filij coeternitatem, usq; ibi, sed
querit a me inquit Ambrosius. in 2^a
soluit instantia difficultatem, usq; ibi
sic queri potest. In tertia dissolvit in
videntis questionis ambiguitatem, usq;
ad finem distinctionis. que in epistho
men redacta sic habet

Unus deus sunt tres divine persone, et
sunt idem in natura, distincte tamen in
personalitate. Hinc quamvis filius abig
sic a patre cum sit ab eo genitus, non ta
men fuit pater anteq; filius, cum divine
persona sint inuicem coeterna. Nec ua
let quod Arrius hareticus inferre nite
bat. sz filius natus est, et habet princi
pium, ergo non est coeternus. Respondet
enim tunc ex Augustino, q; si ignis aut
sol esset coeternus, similiter et plenior
coeternus esset. tum q; si quando pater
sine filio fuisset, cum filius sit virtus et
sapientia patris, quandoq; pater fuisset
sine virtute et sapientia, quod nihil absur
dus excogitari potest. Excludit etiam
sic error per Ambrosium ex auctoritate
usq; colligentem coeternitatem hanc.

pa

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including the words "nec filius est aliud a pa" and "et in essentia unum"]

Aut enim propheta ante
 eum non fuit alius
 deus. et post me non e-
 rit. quis ergo hoc dicit
 pater an filius? si fi-
 lius ante me inquit
 non est alius deus. si
 pater post me inquit
 non est. Sic ergo pro-
 rem, ille posterioriorem
 non habet inuicem e-
 nim in se. et pater in fi-
 lio et filius in patre cog-
 noscere.

^ Sicut enim melius scire
 quatus sit non tamen
 sicut deus est quomodo
 donatus sit. illud mi-
 si negare non licet. huc
 quereere metus est. neque
 contra dicit Hieronymus
 ut quidam decepti putar-
 uerunt.

^ Unde in psalmo (qui
 non solum de generatione
 temporali sed et de
 eterna intelligi potest)
 dicit ego hodie genui te
 ubi uerbum genui non
 uoluntatem inceptions ex-
 cludit. Hodie uero pre-
 teritum.

^ et sic in libro sapientie
 dicit ante omnes uolles
 generat me dominus ge-
 narat enim. et non gene-
 raui legendum aut Orige-
 nes.

Pater et filij. et Insuper per rationem
 quod si aliquando pater fuisse sine filio
 postquam ipsum genuisset mutatus fuisse quod est in
 quomodo autem pater non sit prior, et ^{possibile}
 filium genuerit ineffabile mysterium
 est. nec ratione comprehendi potest. In
 istiusmodi generatio. iuxta illud genera-
 tionem eius, quis enarrabit? Sicut qui-
 dam perperam existimauerunt intellec-
 tu creato capi et exprimi posse. ^
 An autem filius debeat dici semper na-
 tus. an quod semper nascitur. Augustinus et
 gregorius. Respondent quod debeat dici semper
 natus ad exprimendam eius complectam
 perfectionem. semper autem nasci dice-
 dus est ad intimandam eius cum pa-
 tre coeternitatem, quod semper presentem
 et nunquam in preteritum transit. Orige-
 nes existimauit quod debeat dici filius semper
 nascitur. Magister utrumque posse dici af-
 firmat conuenientius tamen dici semper
 natus ut tollat ^{magis} erroris occasum. et pro-
 bat. quod illud potius de generatione filij
 indiuinis affirmari dicitur, quod perfecti-
 onem sine imperfectione exprimit quod
 illud. quod de se imperfectionem non ex-
 cludit. ac filium semper esse natum per-
 fectionem sine imperfectione exprimit
 et filium semper nasci ex se. et ut sonat
 nō

non excludit imperfectionem. qz sic nō
 significat actus generationis completus
 et terminus generationis perfecte produ-
 ctus ergo congruentius per Verbum de-
 pater dicitur filius sempiternus qz
 semper nasci. Tandem ultimo
 hoc confirmat per auctoritatem Hila-
 rij ex qua habet. qz si pater est qternus
 filius etiam est qternus, sed qternitas
 patris privat principium originis, qterni-
 tas vero filij principium durationis. Na-
 tum aeternum non potest esse cogitatum gen-
 nenti in creaturis, qz prius sunt homines
 qz generent. Et hec de littera magistri
 quam ipse fusius prosequitur inductis a-
 uctoritatibus precipue Augustini de fide
 cap. 1. et 4. Ambrosij lib. 1. de fide ad
 gratianum. Augustini lib. 6. de trinitate
 cap. 1. Origenis. 2. Somn. Augustini
 lib. 33. qq. 9. 3. Et Hilarij. 7. de trinitate

1. 1. corint. 1. eccles. 5 /
 Esai 53.

Ex qua tres eliciuntur conclusiones in quibus
 eius tota summa consistit. uel unatrimēbus
 prima conclusio. deij filius ab qterno
 a patre genitus. est simpliciter patri wq-
 ternus. 2^a conclusio. filij qternage-
 neratus est ineffabilis. 3^a filius in-
 diuinus congruentius dicitur semper nasci
 qz semper nasci

Isai 44. Philipp. 4
 psalm. 2. Ioan. 6
 ex qua tamen elicitur
 conclusio in qua e-
 ius fere summa consistit
 que talis est
 generatus filij est qternus
 et ineffabilis. qui congru-
 entius dicitur semper nasci
 qz semper nasci
 Metrice sic
 nate wqternum te dicimus
 esse parenti
 dicitur ab qterno te genuisse
 parent

1. Dubia circa litteram
 sive textus expositio

Dubitat primo circa illa verba capitis 1
 primi prope finem. Non est aliud pater
 aliud filius aliud spiritus sanctus etc. unde
 e enim falsum quod dicitur quod bene se
 quitur Petrus est albus homo ergo est ani
 mal album. quia idem significant album
 et album ergo pari ratione quia idem sig
 nificant aliud et aliud sequitur est aliud
 ergo est aliud ens. Si dicas quod non est simili
 te de Soc nomine aliud. et de Soc no
 mine ens. Contra bene sequitur est ali
 us homo ergo est aliud animal. ergo
 a simili illud sequitur. Respondeo
 quod quod dicitur est singularis alietas quia
 alietas suppositi. cum omnimoda uni
 tate nature. id est singulari modo opor
 tee exprimi. Et quoniam masculinum
 genus importat quamdam distinc
 tionem vel discretionem id est respicit
 personam, ~~sona~~ sed neutrum pro
 pter indistinctionem respicit naturam
 id est aliud importat alietatem in per
 sona. aliud alietatem in natura. et i
 des indivinis non idem significant.
 Posset etiam dici quod in creaturis aliud
 significat cum dicitur iste est albus ab
 illo. et aliud cum dicitur est aliud. Et
 unum sequitur ad aliud. Non sic indivi
 nis. et non est simile de albo quia album
 importat a forma specialis que est albe

L
 in princi
 pio .

Secundo dubitat circa illa verba capi
 tis secundi (coeterni etiam sunt tres per
 sonae) quod dicitur sic esse falsum. si enim
 coeterna et coeterna. ergo tres coeterni
 ni, quod est contra symbolum ubi dicitur
 et non tres coeterni. et iterum contra
 rationem quod numerus plus multiplicat
 formam. vnde non videtur tres
 sunt dii. R. q. nomen significans
 substantiam indivisibilem reperit secundum
 triplicem modum, quodam enim signifi
 ficare substantiam, et per modum subs
 tantiae; ut nomen substantivum. deus
 et tale, nullo modo pluraliter, nec dicitur
 pluraliter, siue sit substantivum. siue
 substantivatum. et sic nomen coeternus
 sic accipit in symbolo; quodam signifi
 ficare substantiam per modum adiacen
 tia, siue nomina adiectiva adiectiva et
 ta, et talia quae trahunt numerum a
 substantivis dicuntur pluraliter, et dege
 nere talium sunt verba et participia.
 Alia sunt nomina quae important sub
 stantiam in adiacentia commutatio in
 tra relationem mutua; qualia sunt
 coeterni et talia ex duplici causa pos
 sunt dici pluraliter, tum ratione signi
 ficationis, siue modi significandi: tum
 ratione commutationis, et sic patet, quod nul
 la est contradictio. Si dicas quod pluralis mu
 me

merius plurificat formam. Dicendum
est q. hoc non est uerum in adiectiuis

Tertio dubitat et arguitur circa il-
la verba capitis tertij. quibus dicitur non
intelligit eternitatem esse deo sempi-
ternum est aduersus q. sic ponit ma-
gister quatuor rationes demonstran-
tes filium esse eternum patri et ita ar-
gumentum Arii non ualere. filius
est natus ergo non est eternus.

3

Tertio contra primam rationem qua
cap. 4. ex splendore procedente a sole
probat magister eternitatem filij a
patre, arguitur q. si ex eo emanatum pro-
cedens a creatura est ei coequalis. Similiter
et emanatum procedens a deo est ei coequalis
na. sequit q. omnis creatura (cum om-
nis procedat a deo et ab eo emanet) sit
eterna. quod est falsum. R. q. egressus
splendens a luce sola, uel igne, est egres-
sus connaturalis, et talis est egressus
filij a Patre, non autem egressus crea-
turarum a creatura. immo est uolunta-
rius ac pinde ratio magistri est conclu-
dens in proposito.

quarto contra secundam rationem quae
a magister probat eandem eternitatem
desumptam ex dei sapientia et uirtute

argu-
quam

4

cap. 5.

~~arguit quod magis ex illa sequatur quia~~
 inquit magister deus ab exteriori ratione
 habet si filius (qui est eius sapientia et
 virtus non esse ei exterioris. Arguit
 quod magis ex ea sequeret quod pater
 esset sapiens sapientia genita quod ex
 parte regat Augustinus in sexto de trinit.
 R. tamen q. dicit Augustinus istam ra-
 tionem redarguit in 6. de trinit. ostendens
 illam procedere ex malis intellectu verbis
 q. dicit magister adducit eam potest
 dici q. ratio ualeat non q. pater sit sa-
 piens filius qui est sapientia genita sed
 q. eadem est sapientia genita et inge-
 nita. et ita si una Sabee initium sui
 simuliter et alia.

5
 i. capite sex-
 to

quiritis. contra rationem adductam ex
 Ambrosio cum loquitur q. dicitur ante me non
 est deus ergo pater non est ante filium
 nec filius post patrem arguit q. in omni
 nis personis est ordo. ordo autem non est
 nisi prioris ad posterius ergo est. R.
 tamen q. sicut infra patebit non est ibi
 ordo durationis. quia alter sit altero pri-
 us. sed ordo originis. quia alter ex altero

et post me non erit

6

sexto contra quartam rationem qua ma-
 gister. capite sexto probat eandem filius ex-
 ternitatem. ex quo q. relativa (qualia sunt
 pater et filius) sunt simul natura et ad
 dit

die magister q. si deus prius esset. deus
 et postea pater mutabilis esset quod est
 impossibile. Arguitur sic q. paritatis
 ne possemus inferre q. Pater defuit
 mutatus sic q. prius fuit deus et postea
 dominus. Sed Res q. ita ratio non valet ut quida
 q. generatio est de substantia generantis ^(dicunt)
 et ideo si incipit generare substantia
 mutatur. Sed sic non videtur q. generatio in
 divinis non dicitur mutum. Alij dicunt q.
 q. generatio est consubstantialis q. generans
 et mutatur generans et q. generans. Sed generatio
 mutatur si deus generat. ergo et gene-
 rans per consequens. Alius modus dicen-
 di est q. paternitas veram dicit substantiam
 dominem in pace. non sic creatio vel domi-
 natio. et ideo paternitas veram dicit mutatur
 non sic dominatio. Sed nulla prodicta
 non ^{Solutio} ~~valet~~ dat vigorem hinc ratio-
 ni contra hereticos. q. hereticus dice-
 bat q. filius non erat coeternus patri
 per hoc nec substantialis neq. idem in
 substantia. Unde notandum q. dictura
 tua bona est contra hereticum falsa eius
 suppositione q. hereticus dicebat patrem
 et filium differentes in substantia. et in
 terra sunt in generatione carnali a pro-
 inde paritate contra ipsum dicit non
 bursus cum ita sit q. pater eternitetur
 accessione generationis qui generat alius
 in

in substantia et individuis pater similiter generat alium in substantia. et per accessione generationis reuertat, ut iste, qui unquam modo dicitur, non est magnum peccatum. quod non omnia arguerentur, que sunt ad ueritatem, necessario concludunt.

7 Septimo contra illa uerba capitis octauj circa principium
(uox mea sicut non mea tantum, sed et angelorum) arguit, quod male uidetur dicere sed et angelorum, uox enim non est nisi habentium organa et respirationem, angelicam autem hęc non habent. Si dicas, quod habent uoces spirituales non prolatas, sicut dicit Damascenus, quod tradunt sibi intelligentias suas sine uoce prolata, quęro quę sit necessitas uocis spiritualis, et quis modus loquendi, et quis modus audiendi? R. breuiter (quod siue extra principale propositum nunciat), quod sicut in unicuique nature rationali data est uoluntas libera, sic consuetudine secreta; unde ficut non potest aliquid uoluntatem alterius in aliud uertere sed solum inducere nisi ipsa se inclinet preter solum deum, in cuius manu sunt corda hominum; ita nemo potest conceptiones alterius cognoscere, sed solum uerbi dicere preter deum, nisi ipse intelligens exprimat, et ipsa expressio. locutio nunciat, ratio autem discernit, quod solum deus format mentem, et quantum ad intellectum.

tum, et quantum ad affectum, et ma-
 gis loquendi similis est modo adisun-
 di. Sicut enim vis per sensum addisun-
 itaq; species per interiorum sensum per-
 uenit ad intellectum. Sic exprimitur
 qd verbum cogitationis internq; unit
 uou in excogitatione, et postmodum us-
 ci sensibily in pronuntiatione. et ex
 hoc fit expressio in actu. angelus autem
 unica uirtute facit, quod vis plurib;
 unde Angelus sicut per applicatio-
 nem speciei innatae ad ipsum cognosci-
 bile ipsum cognoscit. sic ordinando spe-
 ciem innatam ad alium angelum cog-
 noscentem conceptus suos aperit. Simi-
 liter alius mutua conuersione recipit.
 et sic unus loquitur, et alter audit. Si-
 mile est de duobus speculis suboppositis
 si uoluntarie possent abscondere alijs
 et auferre quae in se relucunt.

circa illa uerba ^{prope} principia capitis de-
 mi (dicamus uerius semper natus) ut si-
 licet sicut ait gregorius deus generatus et
 perfectus ualeat designari. dubitatur et ar-
 guatur qd inter omnia tempora praesens ma-
 iorem conuenientiam habet cum gene-
 ritate, uerius enim dicitur est, de deo qd
 fuit, aut erit. Sicut exponit Augustinus
 et habet cum est in praecedenti distinctione
 Pater suus est, qd primum dicitur ens in actu
 alia

Alia tempora non. Sed. Quod sicut su-
 pra dictum ^{est} verba de deo non significant aliquos tem-
 porales actus. sed important durationem
 divini esse, sine initio. ut preteritum,
 sine intervallo ut presentis sine termino
 ut futurum. Et quod omnia ista convenire
 reperimus in deo. Et deo omnia que vere
 dicuntur de deo. Sed tamen quod multi erro-
 verunt in generatione quantum ad ini-
 tium pauci vel nulli quantum ad inter-
 vallum vel terminum. ideo sacri docto-
 res ut ora hereticorum obstruerent eam
 per verbum preteriti temporis quod semp
 significat ut preteritum (et ita nunquam
 habere principium) expresserunt. Alia
 ratio est. quod ipsa generationem divinam
 manifestatione quadam intelligimus per
 generationem que circa nos est. et quia
 videmus in hac generatione. quod genitor
 dum generat est imperfectus. nec credere
 possit aliquis. quod deus filius esset imperfectus
 ideo decreverunt dici semper genitus.
 Dicendum ergo quod quantum est ex parte rei
 que vere ac proprie dicitur unum sicut re-
 liquum. quod autem dicit gregorius di-
 citur quod tunc ad maiorem fidei explanati-
 onem. ne carri det locus. et sic exponit
 magister. magis ergo convenit dicere semp
 genitus quod semper generat. neque est simile

manifestum
 semper

de

perfectiorem
imponat

de hoc verbo est. et fuit qd hoc verbum
est. significat per modum entis. et id est
est. dum perfectum est. Sed hoc verbum
generari per se inferiora per modum
fieri significat. et qd in pluribus hoc ver-
bum est (qd aliquid dum fit non habet
esse perfectum) id est non est simile fecun-
dum rationem intelligentem.

9

circa illa verba eiusdem capituli de iudicio ad medium
(ego sicut genui te) ^{arguitur} per medium, ~~non~~
dum qd sic potest intelligi edre, quod ex
matre natus est ^{at} hoc nihil videt na-
cere qd secundum hanc generationem
habuit patrem. sed tantum matrem. Sed
R. qd verbum illud intelligendum est
causaliter secundum enim generatio-
nem ex matre, dicitur genuisse, qd fuit ge-
nerarij. Similis expositus est super illud
matthei quarto ^{potestas} ^{deus} ~~similis~~ est de lapidibus.
istis suscitare filios abrahe. et sic glo-
sa in suis testimoniis, deus de sara
genuit filium. id est fecit generarij.

10

contra illa verba capituli undecimi prope
initium, (splendor autem non semel na-
ci et desinit) arguit si enim hoc si-
mile bonum est. videt qd filius non semel
nascatur, quare ergo quare magis gene-
ratus filij assimilatur splendori. qd alijs rebus
ma

Maxime cum non generet a luce splendor nisi ad presentiam corporis obiecti. Præterea filius dicitur Lux non ergo splendor lucis. Sed R. q. generatio filij habet in se perfectam conformitatem, coæternitatem, et æqualitatem. Et q. in creatura una simul hæc non possunt inveniri, ideo accipimus ex multis, et ideo multas istas assimilamus. quantum ergo ad conformitatem similis est generationi verbi; quod est proles et perfecte representat illum a quo est. quantum ad coæternitatem similis est egressui splendoris a luce, in quo est coæternitas propter lucis actualitatem. quantum ad æqualitatem similis est generationi viventis ex vivente; qui generat sibi æquale omnino. et sic d. i. versimode comparat a sanctis, comparat ergo Origenes ad egressum splendoris, non quantum ad iterationis assimilationem, sed quantum ad privationem intermissionis, sive interpollationis. Et Nota q. differt splendor, radius, et lumen, cum omnia dicantur influentia a luminoso, q. radius dicit emissionem secundum diametralem distantiam, lumen secundum circumferentiam. Utraq. tamen in profundum transferentur. Splendor

Splendor dicit repercussionem ad corpus
 transparentem, tersum et limitatum.
 Sed tamen hoc origines nōtat. Splendo
 rem lumen ^ē procedens a luce. Ad illud
 ergo quod obicit. scilicet q. filius est
 Lux. R. q. lux habet in se naturam ma
 nifestandi, et ita respicit cognitionem
 et appropriat filio. et habet in se vim
 multiplicandi, sive generandi splendo
 rem. et appropriat patri.

circa illa verba capituli decimi tertij in
 principio (et quoniam sacramentis scientie
 sue ex eo nascit ^{est}) dubitatur quidē
 et secundum hoc q. pater secundum sa
 cramentum scientie generat filium. er
 go scientia est ratio generandi. Sed R.
 q. Hilarius vocat hoc sacramentum
 sacrum secretum: dicit autem filium
 nasci cum sacramentis scientie, q. filij
 generatio non tantum sacra, sed eti
 am secreta est. non in quantum esse se
 creta, sed q. nos eam non comprehendimus
 ipse autem perfecte novit eam, i
 des dicit cum sacramentis.

circa illa verba eiusdem capituli decimi
 tertij prope medium (quod autem est
 ex uno unum natum est ^{est}) dubitatur
 et videtur falsum, quod dicit q. pater nas
 cit de patre et de matre unum est, et ta
 men

et habet naturam
 profectum in me
 utate natura.

men utrumque scilicet imperfec-
tionem, et novitatem. Sed R. gratia
Hilarij sicut patet per litteram sequen-
tem intelligenda est de viuo per essenti-
am, ubi enim est vivens per essentiam
non sic ex vivo vivens, sicut fit in
vivente per participationem, ubi non ge-
nerat vivum ex vivo, nisi per vivum,
videlicet, quod somnus non generat ex somno
nisi mediante semine.

13

contra illa etiam verba eiusdem capituli
de unitate prope finem (neque ex derivatio-
ne, sed ex virtute naturae est etc.) arguit
quod secundum Dionysium et Aristotolum pa-
ter se habet ad filium et spiritum sanctum, ut
fors et illi ut vivit, sed vivus est a fonte
propter derivationem. Et etc. Sed R. qua-
trinitas, quae est per derivationem attendit
quantum ad transmutationem aliquam,
circa illud, quod transmutat, et ita dicit
passionem quamdam, ac per hoc infirmi-
tatem. Sed vivens, quod est vita est actus
purus, et ita vita pura, in qua non est in-
firmitas, sed pura actualitas. Et ideo vult
Hilarius dicere, quod pater generans est to-
ta vita, et quod generat non est per passio-
nem, vel mutationem, quae attendit in
derivatione, sed per omnimodam virtu-
tem ergo filius genitus est virtus, non per
mutationem naturae.

14

circa illa verba capituli de unitate quarti pro-
pe medium (ubi autem pater auctor est ibi
et

Trinitas est etc. Dubitat quidam
 proprie loqui graulitas dicit causalita
 tem. Sed sic non admittit in diuinit. ergo etc.
 Sed R^g graulitas dicit quamdam principa
 litatem. sine auloritate in persona. quod in
 sub habet ab alio. sed ab ipso omnes. et ista aul
 oritas in patre est inuincibilis. Unde dicit
 causalitatem. sed prinationem principij et per
 hoc suam principatitatem.

circa illa verba eiusdem cap. 14. quod ab eterno
 nasci habet et eternum esse etc. Dubitat quod immu
 Hilarius hoc tale argumentum. si filius non est
 generatus. si ueratus ab eterno. generatus eius non
 est eterna. et si pater non generat ab eterno pater
 non est eternus. ergo qui derogat eternitati filij
 derogat eternitati patris. Sed ista ratio non uidet
 ualere. quod similiter ego arguam. ex parte creatu
 ris et creatura. Sed creatura non est eterna. non
 enim ab eterno creauit deus. et ita non est creatu
 re eternus. Sed R^g non est simile sicut patet ex
 sequenti eius quod Hilarius supponit quod esse pa
 trem sic proprium illius persone. ergo cum tale si
 per conueniat. aut aliter non habet esse perfe
 ctum. sequit de necessitate. quod aut filius est eternus
 aut pater ab eterno non habet esse perfectum. cre
 atio uero et si solus dei sit. tamen ratione conu
 tati habet imperfectionem coniuictam. Secundi
 quam non tantum impossibile. sed etiam non
 intelligibile est aliquid ab eterno creatu
 re. Contra illa verba in fine capituli ultimi (Genasui
 quod iam erat non natus est. sed seipsum demuta
 re nascens etc.) arguit quod si in hoc cum filius dei
 prius esset. et postea ex uirgine natus. sic esset mu
 tatus. Sed R^g ipse Hilarius intelligit si in eadem
 naturam. si inquam prius erat. si enim si in eam
 dem naturam prius erat. et postea natus est. necesse
 est quod secundum illam naturam mutatus sit. Sed si
 si in aliam nam. uel mutationem fieri in illa natura
 sed non in per se. cum illa ratio non dicat aliquid in
 sona. sed magis aliquid in persona. Unde nullo
 fieri mutatio in illa natura.

¶ Remanentia huius
 distinctionis tractat. d
 15. 1. p. 9. 31. ar. 2. et
 9. 40. ar. 4. et etiam
 9. 10. ar. 3. et ibi inter
 pretes.

L 5
 postme
 dium.

circa hanc distinctionem
 querit an conclusio in
 qua eius summa consis-
 tit ueritati nitat?

In hac construenda questione sume
 articulum tertium questionis deci-
 me, primam partem. et articulum secu-
 dum questionis decime eiusdem par-
 tis. et articulum secundum quatuor-
 tus. 31. eiusdem partis. et articulum
 quartum questionis quadragessime
 eiusdem primae partis, et tres primos
 articulos questionis 42 eiusdem par-
 tis primae. quibus consideratis.

Primum argumentum contra conclusio-
 nem sit. q. deus non est proprie germen.
 Secundum Argumentum q. si dicas es-
 se germen in illa processu divina-
 cum generans uideat precedere genni-
 tum generatio diu potest 21.

3. Argumentum. q. si suppositus esset
 generatio filius non esset alius a pa-
 tre. quod est falsum.

4. Argumentum. q. alius natura-
 lis potest intelligere proprietatibus.

5. Argumentum q. equalitas natura-
 beret eum in diuinitate (ut pote in gene-
 ran

rante et gerit) ^m 6. argumen-
tum qd persona procedens non potest
esse equalis suo principio. scilicet si
suis patri.

^m 7. qd indivisus personis non est in
do natura.

Sed Incontrarium est veritas conclu-
sionis testimonio fidei et auctoritate
firmata est.

Ponant. diinde septem notabilia, et
septem conclusiones. et solutiones.
argumentis principalium cum sin-
gulis difficultatibus quas postulant.
argumentis. et eorum solutionibus.

Et si tibi placuerit poteris uel addere
duos articulos quos in questione secun-
da quam mox d. Thomas affert circa
hanc distinctionem. uel eos locos duos
ex predictis adductis subrogare.

Sunt autem ^{primus} Si duo articuli quos mox do-
dixi. Vtrum pater sit prior filio? et
Secundus. Vtrum generatio diuina
debeat significari per tempus presens?

129
129

129

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or Greek, covering most of the page.]

pe
pu

Distinctio decima. que
incipit. nunc post filij
eternitatem. etc.

per octo ca
puta -

In hac postq[ue] magister in precedenti
distinctio[n]e egit de generatione filij a
patre, incipit agere de processione spiri-
tus sancti ab utroq[ue]. It[em] a patre et filio.
et dividit in tres partes. in prima enim
ostendit spiritum sanctum esse amorem pa-
tris et filij, et per consuetudinem procedere per
modum voluntatis. et hoc a principio usq[ue]
ubi. Sic manifestavit se dixisse. In secun-
da parte subiungit q[uod] amor convenienter
appropriat personae spiritus sancti, usq[ue] ubi
sic ostendendum est. In tertia concludit q[uod]
etiam spiritus sanctus convenienter nomi-
nat[ur] nomine communi. It[em] convenienter tam
patri q[uam] filio, quorum quilibet est, et po-
test dici spiritus sanctus. et hoc facit usq[ue]
ad finem distinctio[n]is: que in ep[isto]la
men redacta sic habet.

Spiritus sanctus est amor, charitas seu dilec-
tio patris et filij, quia It[em] se invicem dilig-
unt: Unde et per modum voluntatis pro-
cedit. quamvis autem accipiendo nomen
charitatis essentialiter, quevis divina et
personarum sit charitas, et omnes sint u-
na charitas; sicut et una sapientia, tamen
solus spiritus sanctus est charitas procedens
sicut et solus filius sapientia genita. quem
ad modum et nomen legit[ur] quamvis sit com-
mune toti veteri testamento, specialiter tamen

ap

appropriat Pentateuchus seu quinque libris
 Legis moyses. est autem hec charitas su-
 blantia et deus, ac proinde equalis patri
 et filius est spiritus sanctus. dubitatur ta-
 men magister ex canonica Joannis inqu-
 dit quid dilectus ex deo est. sic, si dilectus
 ex deo est. et tamen spiritus sanctus qz filius
 a patre procedente. cur dilectionis nomen
 appropriat magis spiritui sancto qz filio?
 Sed Respondet. tunc qz spiritus sanctus ut
 dilectus est procedit per modum voluntatis,
 tunc qz ex additu in eadem canonica con-
 stat. subiungit enim ubi post qz errim dix-
 it Apostolus. dilectus. que nos facit in deo
 manere in deo est. subiungit, in hoc cogn-
 ovimus qz in deo manemus. et ipse in no-
 bis. qz de spiritu sancto dedit nobis. sanctus
 itaqz spiritus de quo dedit nobis. facit nos
 in deo manere. insinuat per hoc spiritum
 sanctum facere illam dilectionem que ex
 deo est. et hoc idem confirmat per auctori-
 tates sanctorum. in quibus spiritus sanctus di-
 citur amor patris in filium. unitas et comu-
 nis. ac donum amborum.

tria ergo sunt et non
 amplius. unus diligens
 cum qui de illis est. et
 unus diligens eum de
 quo est. et ipsa dilectio
 que si nihil est. quomodo
 deus substantia est.

quod autem omnibus personis conveniat constans
 ex Apollonio dicente de deo
 patre translatio in regnum filij
 et auctoritatis sue. si enim
 est in ista trinitate caritas
 nisi spiritus sanctus filius est
 etiam filius spiritus sancti
 quod absurdissimum est dicere
 per spiritus est. et sanctus. et simile
 dicitur. conveniunt tamen
 tertia personam sic nominat qz
 cum ab utroque procedat
 nomenclatura utriusque
 communem gaudet
 et.

et hinc de litera distinctio, quam magister latius prosequitur, inductus pro capite auctoritatis. Augustini. lib. 15. de trin. cap. 16. et 17. et Iuan. 4. Luc. 2. et 7. et Augustini. lib. 15. de trin. cap. 16.

vel una trinitatem

omnes autem summa in tribus sunt conclusionibus. quarum prima est. Charitas seu amor spiritui sancto appropriat, quamvis sit commune toti trinitati. 2^a conclusio. Charitas seu amor personalis soli spiritui sancto convenit. 3^a tertia persona sanctissimae trinitatis ratione communis originis a patre et filio spiritui sancto communis. quibus hinc inde sit tribus personis commune.

Hieronymi sup 17 psalm. tom. 3. August. 6 de trin. c. 4. ad ephessios. 4. et.

ex qua temerario elicit conclusio in qua eiq. fore summa consistit. que talis est

Amor appropriat spiritui sancto. et personaliter ei soli convenit. sicut et nomen spiritus sancti toti trinitati alias commune. Metuere sic

spiritui sancto quamvis tribuamus amorem. Personis tribus est altamen unus amor.

Dubia literalia

sup textu expositio

i

Circa illa verba capitis primi in principi. Spiritus sanctus amor est. siue Charitas est. queritur utrum Charitas. et dilectio differant. Unde q. sic per Isidorum dicitur amor est rationalium et irrationalium. dilectio rationalium tantum. Sed contra est Dionysius. de div. nom. c. 4. dicens. nihil videtur theologi commu. nequed dicere dilectionis et amoris nomina. Et ibidem reprehendit distinguentes dicens q. faciunt vim in leuib. sonis quasi nos non possimus quatuor per bis duo. et patriam per natale solvens significare. Sed. R. q. aliqui in hoc inducere ista duo

duo differre. qd dilectus illa dicitur proprie
 est quae est ex voluntate ordinata. Sed a
 mor est affectus liberosa. Ille tamen dicitur
 tunc est contra Dionisiu. et contra Aug
 ustinum super Jo. et contra canonem
 sacre scripturae qd dominus primus quæsi
 uit a Petro Symon Joannis dilectus me. et
 postea dixit amas me. et ita pro eodem
 accipiunt. et hanc differentiam reprehē
 dit Dionisius. Potest tamen in dilectio
 nis aliqua differentia assignari. quoniam
 enim de una et eadem possunt dici affu
 sione; tamen alia et ab alia ratione amor
 enim dicit affectus adhesionem respectu
 amati. Unde Dionisius amorem mutuum
 dicitur. Dilectus vero ultra hoc ad
 dit electionem, unde dilectus est ex dicitur
 sis electus. et sic caritas dilectus meus
 electus ex multis. caritas autem ultra
 illa addit magnam appreciationem
 carum enim dicit illud quod magno
 precio estimat. secundum quod apostolus
 in epistolis suis vocat fideles carissimos.

2. Timot. 1.
 circa illa verba capitis secundij proprie
 (proprie verbum dicitur etiam sapientia dicitur
 est) dubitet de illa voce proprie. quare
 accipit proprie qd soli convenit. aut pro
 prie qd appropriate. si soli hoc est falsum
 qd sapientia nullo modo dicit proprietate
 personalem. si proprie est idem quod ap
 pro

pro priate hoc inbulfacit ad propositum qd
 magis vult inquirere proprietatem spiritus
 sancti. ~~non~~ appropriatum. et iterum cari
 tas videtur magis appropriari Patri secundo
 quod dicit in illa Antiphona caritas pa
 ter est. Item hoc videtur per Richardum
 qd amor gratuitus est in patre in spiritu sa
 ncto debitus in filio ex utroq; permixtus. ex
 go cum caritas dicat amorem gratuitum
 debet ergo appropriari patri. Sed R. qd
 non est omnimoda similitudo. Sed in hoc
 solum qd unguis potest appropriari ma
 nente unitate ueris uel significationis.
 potest similiter aliquid unum simul dici
 per proprietatem. Et per essentiam manē
 te unitate ueris. et significationis. et tamē
 est de se commune. et tale est hoc unum
 caritas. Aliter potest dici qd caritas est
 commune. proprium. et appropriatum. et
 Augustinus primo ostendit qd est appropria
 tum per similitudinem ad sapientiam. et
 postea ostendit quare et proprie infra eadem
 distinctione. ^{ibi} nunc uero quod incepimus
 ostendere est. ^{ibi} unde unde ex hac authorita
 te non habet qd caritas sit proprium sed so
 lum. quod appropriatum. Sed tamen ex
 alijs uerbis Augustini habet qd caritas non
 solum est appropriatum. sed etiam propriū
 spiritus sancti.

Ad illud quod obicit qd caritas appropri
 at patri. dicendum est qd caritas habet du
 plicem similitudinem ad alias virtutes. com
 pu

parat enim ut mater. ut dicit Ambrosius
comparat ut vinculum. ut dicit Aposto-
lus 1 Cor. 13. caritas est vinculum per-
fectionis. Ratione primi appropriat pa-
tri; ratione secundi spiritui sancto.

Ad illud quod obicit de Richardo dice-
dum. q. gratuitum non dicit proprietatem
amoris, siue amandi, sed proprietatem per-
sonae, quae dat et non recipit.

circa illa verba prope finem capituli quinti
spiritum sanctum non solum esse dilectio-
nem patris et filii, quae se invicem, et nos di-
ligunt (It. quae) utrum pater et filius
diligant nos spiritu sancto. utrum enim
se diligant spiritu sancto. quae dicit. 32
ubi istum quae dicitur specialiter nos
magister. Et quidem prima videtur omnino
falsa et impropria. cum enim dicit pater
et filius diligunt nos etc. videtur q. verbum
diligendi tenet essentialiter. ergo si diligat
spiritus sancto sunt spiritus sanctus. Et
iterum dicit Augustinus q. hoc nullo modo
concedit. Pater diligit se spiritu sancto. q.
diligere tenet essentialiter. ergo similiter
in proposito. Sed R. q. quidam dicunt q.
ablativus ille exponitur per hanc propo-
sitionem. per, cum accusativus id est per spi-
ritum sanctum; et regula est q. haec propo-
sitiō. per, cum verbes transitivus dicit sub
auctoritatem, cum absolutus autem aucto-
ritatem. Unde cum diligere sic transitivum
sen

Sensus est q, pater et filius diligunt nos
per spiritum sanctum, quasi dicat pater
operatur per filium. Sed hoc expositio non
videtur conveniens, quod similiter potest dici
pater et filius punire, sine ordine nos
spiritu sancto, quod non vult dicere Augustinus.

Propterea notandum q, diligere
tenet aliquando pure essentialiter, ut cum
dicit pater et filius diligunt se; aliquan-
do pure rationaliter, ut cum dicit pater
et filius diligunt se spiritu sancto, sicut
patet infra. Aliquando partim essenti-
aliter, partim rationaliter, sicut cum di-
cit diligunt nos spiritu sancto. Et hoc pa-
tet, quod idem est patrem et filium diligere
nos spiritu sancto, sicut spiritum sanctum
nobis mittere, et inspirare, mittere autem
sive inspirare importat actum rationalem
et essentialem, quod sensus est q, spiritum pro-
ducunt, et donum eius nobis conferunt.
Unde dicit simul spiritus sancti productio-
nem, et gratie collationem. Et quamvis
respectu actus essentialis non recipiat Sa-
bitudo ablativus, recipitur tamen ratione
rationis, sicut et sic, pater dicit se suo ver-
bo, dicit etiam creaturas verbo. Similiter
modo intelligendum est in proposito.

4 circa illa verba in principio capituli sep-
timi (Sive enim veritas sit amborum est) que
sic quid dicat per hoc nomen Veritas, aut
enim

enim unitas dicit unitatem essentialē
aut ratiōnalem aut personalem. non es-
sentialem q̄ tunc non esset amborum, sed
trium, non ratiōnalem q̄ spiritus sanc-
tus non est cōmunitis spiritus; non perso-
nalem, q̄ pater et filius non sunt unum in
persona.

Item quæritur quomodo Sed distinguantur?
Unitas, sanctitas, caritas? Et R̄ q̄ uni-
tas personaliter tenet, sed attendendum est
q̄ unitas aliquorum dicitur dupliciter, aut
qua aliqui sunt unum, et sic pater et filij
non est unitas personalis, aut qua aliqui
sunt uniti, et sic pater et filius unica per-
sona uniuert. scilicet persona spiritus sanc-
ti, quæ est amor, et vinculum necens.

Ad illud quod quæritur quomodo differunt
illa tria. Dicendum quod unum addit supra
alterum. Nam unitas dicit conditionem
omnis amoris, quoniam omnis amor est vis
unitiva. Sanctitas dicit conditionem amo-
ris casti, contra libidinosum qui non est pu-
rus. Caritas dicit conditionem amoris pro-
cipui. Sed enim Caritas dicitur q̄ est amor
inestimabiliter habens charum amatum.

Circa illa verba eiusdem capituli septimi
pro peccatum. Sicut q̄ non participatio ne
sed assentia sua regardo superioris alicuius
sed proprius suo seruantes unitatem spiritus
dubitat. videt enim magister non benedicere
q̄ seruare unitatem spiritus est producere
spiritum sanctum, ergo secundum hoc, pater
et

Et filius et spiritus sanctus sua essentia
 produunt. Et ita videntur essentialiter spi-
 rare. Item videtur etiam falsum, quod
 dicitur non participatione, quia pater et filius
 participatione spirationis servant unita-
 tem. Sed R^o q^o Augustinus vult ostende-
 re duplicem modum unitatis esse inter pa-
 trem et filium, qui est inter membra Ch-
 risti. scilicet naturae et unitatis. Sed diffe-
 renter, quia in nobis est unitas naturae per
 participationem unius communis essentiae
 sed non sumus ipsa essentia. pater autem
 et filius non participant essentiam quasi
 diversum, immo sunt ipsa essentia. Simi-
 liter in nobis est conformitas voluntatis
 per donum dei quod unit nos. sed pater
 et filius unitate non dono acceptabilis
 sed spiritu proprio et seipate responsio.
 6 Contra illa verba capituli octavi ultime
 diuini (qui enim communis est ambobus etc.)
 Arguitur, quia secundum hanc paritatem spi-
 ritus sanctus dicitur deus proprie, cum deus
 sit commune ambobus. sed R^o q^o qui in ca-
 pitulo est in communitate, nam Augustinus no-
 uocat commune, quod est in pluribus et de plu-
 ribus, sed quod a pluribus. Et ita commune
 dicitur magis a comunione quam a comunitate
 ut fiat vis in verbo, sicut fit in comunione
 et veritate. et quoniam charitas montā
 tum dicit comunitatem, quia in pluribus, sed
 comunione per unitatem distinctorum

ides

id est quamvis decaue essentialiter pos-
 test tamen nihilominus dici personali-
 ter.

De materia istius distinctionis tractat didus
 Thomas. 1. p. q. 27. ar. 5. et ibi interpretes.

Circa istam distinctionem que-
 ritur. An conclusio (in qua
 eius summa consistit) ue-

~ rasiit ~

Ad compositionem istius queestiois sume
 tibi articulos sequentes eo ordine quo se hinc
 annumero. Tertium, et quartum questi-
 onis 27. Primum partem diuisione. et
 deinde quinq; articulos per ordinem qu-
 os continet queestio quam circa hanc dis-
 tinctionem idem angelicus doctor pertu-
 cat. ex quibus. confice et proponere.

Primum argumentum exprimitur ar-
 ticulo. quod sit alia processio indiuiuis
 a generatione uerbi.

1^o q. datus sit alia processio illa etiam
 erit generatio (quod tamen est falsum)

3. qz si spiritus sanctus procederet indi-
 uinis et non ut genitus procederet ut amor
 Sic autem est falsum ut probabis primo
 argumento alterius articuli.

4^o qz esset amor quem pater habet in filio
 uel

vel e contra quod probat falsum argu-
mentis alterius articuli.

5. Argumentum quod esset nexus patris et
filij; quod probat falsum ex quinto arti-
culo

6. quod si esset talis processio esset proprie
personae spiritus sancti. ac persona sic proce-
dens spiritus sanctus dei non potest. ut pro-
bat. in. 6. articulo -

7. quod data tali processione sequeretur quod
essent tantum tres personae indivisibiles. ut
probat in septimo articulo. per ordinem
sic enumerato.

Sed In contrarium est veritas conclusionis
auctoritate fidei et ecclesiae confirmata.

Ponantur septem notabilia. ex septem
Respondes dicendum, Dubium articulo
deinde septem conclusiones ex eis deducit
et probatque argumentis sed contra. et
tandem solutiones argumentorum singulorum
difficultates moveant. quas singuli arti-
culi continent, cum eorum argumentis, et
solutionibus. et finiat disputatio.

quod si libuerit poteris etiam admittere. vel
disputare utrum sint plures processiones
vires. qui est articulus quintus dictae quae-
stionis vigesima septimae prima partis.

[The page contains approximately 28 lines of handwritten text in an old German cursive script, which is extremely faint and largely illegible.]

176

The first part of the book is devoted to a general history of the world, from the beginning of time to the present day. The author discusses the various civilizations that have flourished on the earth, and the progress of human knowledge and industry. He also touches upon the political and social changes that have shaped the course of history.

The second part of the book is a detailed account of the history of the British Empire, from its early beginnings in the sixteenth century to its greatest extent in the nineteenth century. The author describes the various colonies and territories that were acquired, and the policies that were pursued towards them. He also discusses the economic and social developments that accompanied the growth of the empire.

The third part of the book is a history of the United States, from its declaration of independence in 1776 to the present day. The author discusses the various political and social movements that have shaped the country, and the role of the United States in the world. He also touches upon the economic and social changes that have taken place in the United States over the years.

The fourth part of the book is a history of the world from the beginning of the nineteenth century to the present day. The author discusses the various events and movements that have shaped the world, and the role of the United States in the world. He also touches upon the economic and social changes that have taken place in the world over the years.

107

107

Handwritten text in the upper right corner, possibly a title or header.

Main body of handwritten text, appearing as a list or series of entries, with some words highlighted in red ink.

Secondary column of handwritten text on the right side of the page, possibly a continuation or a separate list.

Feb. 1

Distinctio undecima, quae in
capite. hic dicendum est. etc.

Post q̄ magister in precedenti distinctio-
ne agit de modo quo spiritus sanctus pro-
cedit. In hac agit de principio a quo pro-
cedit. Et dividit in tres partes. In quarum
prima ostendit quod circa huiusmodi princi-
pium Latini sentiant usq; ubi, Graeci tamen
dicunt. In 2^a parte subdit in quo Graeci a
Latinis discrepant usq; ubi sciendum ta-
men est. In 3^a subiungit in quo Graeci et
Latini consentiant usq; ad finem distinctio-
nis. quae in ep̄thymen redacta sic habet.
Secundum sacra scriptura veritatem. ex
novo testamenti auctoritates dicere oportet
spiritum sanctum a patre, ^{non} ^{filium sed filium} procedere.
iuxta illud misit deus spiritum filij sui in
corda vestra. Et iterum, qui autem spiritum
Christi non habet, hic non est eius. et insu-
per evangelium Joannis dicit. Paraclytus
autem spiritus sanctus quem ego mittam vo-
bis a patre. Item in evangelio dicit salvator
non enim vos estis qui loquimini, sed spi-
ritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et
alibi, quem mittet in nomine meo. et ite-
rum, qui a patre procedit.
neq; hoc est contra illud quod in concilio
determinatum est ut Graeci aliqui vntē
debarit asserentes spiritum sanctum a pa-
tre tantum procedere quod ex se sibi per-
suadebant. q̄ Joan. 16. tantummodo dicit
qui

Quia ^{quinq;} ~~alio~~ capitibus ab
soluitur.

qui a patre procedit. Et idem dicunt
 canitari in symbolo missæ nulla facta quæ
 ad talem processionem mentione de filio
 dicunt enim illud filio quæ procedit addi
 tum fuisse a latinis, ac subinde inferunt
 rursus anathematizatos esse, quæles papaver
 tius, secundum traditionem conciliorum
 apud eos celebratorum, anathematizavit
 omnes aliud dicentes de trinitate quæ in eo
 rum concilio sexto celebratum, ac decre
 tum, et huc dicunt attestari tabulam ar
 genteam Romæ retro altare sancti Petri
 et Pauli positam, in qua post symbolum
 habet in ea scriptum, qui aliud docuerit,
 vel predicaverit anathemasit. Sed ma
 gister Respondet (quod quid sit de hoc) nos
 non docere aliud illi contrarium, sed po
 tius sanctorum doctrinam explicare. Neque
 enim ex hoc quod Christus dominus in evan
 gelio dicit spiritum sanctum a patre pro
 cedere, negat quod procedat a filio, sed moris
 erat eius, quod quid habebat ad patrem re
 ferre, ac proinde patre quantum distent
 aliud docere; et idem quod determinationem
 est ulterius, et dilucidius explicare ne
 factum est a latinis in proposito.
 quæ immo et ipsi quæ in re verbis
 conveniunt, dicunt enim spiritum sanc
 tum esse etiam spiritum filii, ac propterea

Si capere uellent intelligerent se nobis:
cum solis uerbis contendere. Et propte-
rea quidam ex sanctis et doctissimis es-
sum nostram sententiam expresse in su-
is libris scriptam reliquerunt. Sicut Atha-
nasion, Didimus, Cyrillus, et Ioannes Ch-
risostomus. Et hęc delicta distinctionis
quam magister Latius prosequitur induc-
tis precipue auctoritatibus. Ioannis. 14. 15. ^{18. et}
ec. 16. galatas. 4. //

uel uerba
sumptis
his

circum conclusiones, in quibus tota consi-
tit.
- prima conclusio. ex euangelio uis-
itae Patrem et filium produxisse spiritum
sanctum.
2^a conclusio. quod uenturum assereunt
falsis ritibus fundamentis.
3^a quod assereunt spiritum paritatem esse
spiritum filij nobiscum ipse uenerunt.

Dubia Literalia ~

1
sive textus expositio
circa illa uerba capitis secundi prope in-
itium (in principalibus concilijs que a
pud eos celebrata sunt ita sancita sunt
queque sunt illa principalia concilia
et dicendum quod fuerunt quatuor concilia
Apostolorum in ecclesia primitiua. ut dicit
quedam glossa super actus. Primum fuit
ad electionem Matthei. actus. 10. Secun-
du

thessal. 3
+ Roman. 8. mat
15. 10. Galatas. 1 -
Anasthasij in symb
fidej. Didimi lib. de
spiritu sancto. Cyrillj
in epistola nestoro
directa. Chrysostomi
in hom. de expositio-
ne symbolj. ~
ex qua ~~conclusionibus~~
elicit conclusio in qua
eius fere summa consistit
que talis est.
ex scriptura constat pa-
trem et filium produ-
xisse spiritum sanctum
contragregos. qui no-
biscum assereunt esse
spiritum filij.
metrice sic
ex patre et nato proce-
dit spiritus almus.
quamuis distinet no-
mine greca fides.

Dum ad electionem septem diaconorum
alterum .7. Tertium fuit ad imponen-
da legalia gentibus alterum .15. Quar-
tum ad tollerandum legalia ad tempus
alterum .22. Concilia vero Patrum
Principalia apud grecos quatuor similiter
fuerunt scilicet Nicenum, Ephesinum,
calcedonense, et Constantino politanum.

Circa illa verba in fine capituli secundi.
(qui aliud docuerit, vel aliter predicave-
rit anathematis est, quae magister expli-
cat, id est qui contrarium docuerit, vel
contrario modo est) Arguit, quod nui-
dec ista expositio probabilis, eo quod ipse qui
contradicit articulum excommunicatus
est ipso iure, ergo non oportebat pro con-
trario dare sententiam. Praeterea unde
devenit ista expositio pro deo: quare non
dixerunt, quisquis contradixerit? Re-
dicendum, quod sicut Anselmus ^{ait} omnis ve-
ritas sacrae scripturae non contradicit pro-
pter suam generalitatem, et dignitatem
et ideo praedicta expositio habet sic locum
nec fuit inconveniens exprimere exco-
municacionem hereticorum, quod sancti
patres in conciliis ordinabant, quod iuris
erat, et praeterea ad terrorem est dictum,
et maluerunt dicere, aliud, quod quis intel-
lexerunt, contrarium, ut magis impes-
cerent ora presumptuosorum, ne adinveni-
rent

[Faint handwritten text in the left margin, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

2

7

7

rent unitates infide. secundum ve-
ritatem autem excommunicationis sen-
 donum spiritus sancti, et non est spiritus
 sanctus. ~~Sed R. q. donum eundem~~ relatio
~~non dicitur dicitur~~ cum dicat relationem
 ac per hoc quodammodo distinctionem
 potest illam importare expliciter. Si-
 licet aut secundum modum intelligē-
 di, aut secundum modum essendi, aut
 secundum essentiam. Primo modo idem
 est datus et datum, sicut idem est intel-
 ligens et intellectum differens ratione
 modi dicendi, quod dicitur idem a se. et sic in-
 telligit Augustinus. Alio modo secun-
 dum modum essendi, sicut se habendi -
 qui alius est, et filius in personis et sic
 dicit relationem personae ad personam
 Tertio modo importat distinctionem
 secundum essentiam, et respectum crea-
 turae ad essentiam increatae. Et sic
 do amor dicit donum spiritus sancti. Sed
 hoc infra melius patebit. 3

contra illa verba eiusdem primi capituli
 circa finem (Si pater et filius daret spiritum
 sanctum, nec ipse daret aliquid, ergo pater
 ope

operat et filius, quod non operat spiritus
 sanctus. dicit ergo spiritus sanctus se ipsum
 Arguitur quod ut supra dictum est. ista ra-
 tio non valet. pater potest generare filium
 et filius id non potest. ergo pater potest
 aliquid quod filius non potest. ergo a si-
 mili cum spiritus sanctus dicat personam
 ut filius non valet. Si dicas non esse simi-
 le propter alium dandi, qui est in creatu-
 ra. contra. sicut dicit magister in littera
 spiritus sancti donatus est eius processio, sed
 illud argumentum non valet. spiritus
 sanctus procedit, et pater non. ergo aliq-
 uid facit spiritus sanctus, quod non pater
 ergo similiter nec in proposito. Si tu dicas
 mihi quod non est simile de activa et passiva
 contra inflexum ruminis percussus non va-
 reat significationem. ergo similiter vide-
 et quod nec ibi sit variatus per activum et
 passivum. Si dicas non esse simile. osten-
 do quod sic. quod omnis activa infert passivam
 ergo indec. quod si in voce activa tenet esse
 taliter. similiter et in passiva. Sed R. quod
 sicut per determinationem est dationis ma-
 gistri boni sunt, quod ipse accipit dare. sicut
 dum quod dicit effectum in creatura. Et secundum
 hoc commune est tribus personis necessariis
 et hoc in activa significatione, dare enim
 spiritum sanctum alicui, est facere quod inha-
 bitet in eo: et ideo non est simile de potentia
 generandi. Ad illud ergo, quod obicitur, quod ma-
 gister dicit donationem, et processionem idem
 esse

esse. R^o q^o loquitur de donacione passiva
 secundum q^o oritur ad spiritum sanctum
 et argumentum eius. Commune est. q^o ab eode
 principio est actus et passus. ergo si donatio
 activa est a patre. Similiter et donatio pas
 siva. Similiter si donatio activa est ab spi
 ritu sancto et passiva. Ad illud quod obui
 e q^o in activa tenet essentialiter. ergo et in
 passiva. ergo potest dici q^o pater procedat. R^o
 argumentum istud non ualeat. q^o spirare in
 uoce activa conuenit duobus. in uoce passiva
 conuenit uni soli. Sic mittere potest conue
 nire tribus. procedere uero. Sicut mitti duo
 bus tantum.

contra illa uerba eiusdem primi capituli cir
 ca finem (sicut enim seipsum dat. tunc a se ip
 so procedit et mittit. quod uerum est) arguitur
 q^o procedere est produci. ergo si spiritus sanctus
 procedit a se producit a se. Si dicas q^o n^o
 dicit sine determinatione subiecti tempora
 liter. Contra. temporaliter est determina
 tio non diminuentis. ergo sequat de necessi
 tate. si temporaliter procedit a se. q^o proce
 dat a se. Sed R^o q^o sicut dictum est supra. pro
 cessus respectu comparationis ad terminum
 in quo suscipitur (creatura scilicet que sancti
 ficatur) de ratione rationis consistat tem
 porale. et ideo dicitur temporalis. et quoniam
 ille effectus temporalis est ab spiritu sancto
 ideo et processus. Sicut non ita proprie. sicut
 de patre. et non ualeat de productione. q^o pro
 ductus solum dicitur comparationem ad prin
 cipium

5 capium a qua ^{et} non emittat effectum. Unde
sicut non ualeat procedere temporaliter, er
go producat temporaliter, sic et in proposito
circa illa uerba in principio capitis secundo;
Certe autem mireris q. spiritus sanctus dicitur
mitti uel procedere a se et sic dubitat q. ui
de male probare missionem spiritus sancti
per missionem filij, q. missio dicit subordi
nata in missio. Sed plus est de subordi
nata in spiritus sancto, q. in filio, ergo plus
de ratione missionis, ergo potius debebat pro
cedere e. contrarium. Item missio dicit mani
festationem, sed missio filij manifestata est
per missionem spiritus sancti, ergo manifes
tatio est missio spiritus sancti, ergo probat ig
notum per ignotius.
iuxta Soc ergo querit de quo dicit mitti, pro
prius scilicet de filio, an de spiritu sancto?
et R. dicendum q. magister probat missio
nem spiritus sancti per missionem filij, quia
magis expressas habet auctoritates. Potest
tamen nobis minus alio modo dici, q. etiam
ratiocinando bene procedit, in missione enim
persone est duo considerare. Scilicet emana
tionem, ratione cuius est subordinationis in mis
sio, et quantum ad Soc magis conuenit spiri
tum sanctum mitti, et quantum ad Soc ar
guit magister a minoribus, q. si filius mittit
a spiritu sancto, et a se multo fortius ^{et} spiritus
sanctus. Est autem considerare manifesta
tionem, et ratione cuius conuenit magis
filio, q. magis euidenter apparuit mundo, et
quantum ad Soc arguit magister a maioribus
et

et ita optime procedit / Ad illud quod obicitur
 quod spiritus sanctus manifestat filium, et eja
 missionem. Decendum est quod tunc non est pro
 pter defectum evidentis a parte missionis
 filij. sed propter ignorantiam a parte uidentiu
 quam remittit spiritus sancti gratia, et sic
 patet de quo prius dicat. Unus enim modo
 magis competit filius; Alio modo spiritus sanc
 to. secundum duas predictas conditiones seu
 considerationes.

Circa illa verba in medio capitis tertij (Sa 6
 tis ostendit eum ipso missum filium, qui factus
 ex muliere) dicitur quod secundum hoc cum
 spiritus sanctus non sit factus ex muliere, vi
 detur quod non sit missus. Praeterea si filius est
 factus ex muliere, ergo est factus, contra il
 lud Symboli non factus. Sed R. quod ista
 non est communis et omnimoda ratio missi
 onis, sed solum missionis visibilis ipsius filij
 etideo non ualeat de spiritu sancto. Ad illud
 quod obicitur quod non est factus filius. R. quod
 intelligitur secundum humanam naturam,
 et ideo oportet addere determinationem, ut
 dicat factus ex muliere, uel secundum hu
 manam naturam, quod simpliciter propter
 errorem Arii vitandum, non recipit eam e
 loquium ecclesiasticum.

et deinceps /

Circa caput unum quod incipit (Hic 6
 queritur utrum semel tantum missus
 sit filius an semper mittatur) sequuntur
 quaedam dubitationes. Et prima dubitatur de
 situ capite primo dicitur partem. videtur enim
 7

q. magister non debeat sic ponere tractatum de missione filij. q. missio filij est incarnatio. sed de eius incarnatione agit in. 3. ergo ibi deberet non hic agere de missione. Sed R. q. magister non debet introducere hunc tractatum de missione filij propter explanationem missionis spūs sancti. Posset tamen dici. q. magister sic agit de missione filij in mentem principaliter. sed de missione filij in carnem per accidens. ut distinguat a missione filij in mentem. de illa autem missione. que est in carnem patet licet et principaliter agit in tertio, et ideo aliter ibi q. hui.

8
 Contra illa verba capituli decimi circa medium (non eo ipso q. de patre natus est missus dicitur filius est) arguit q. gregorius usq. ad dicit) mittit filius qui generatur sed R. q. Augustinus in verbis citatis loquitur cum premissione. ut intelligat in eo ipso tantum. gregorius autem cum prepositione manifestationis. uel aliter q. Augustinus loquitur de generatione eterna gregorius de temporalibus. unde nulla est omnino contradictio.

9
 Circa illa verba capituli undecimi fere in medio (et missus est etiam ante incarnationem. et ad omnes sanctos est) quaeritur utrum post incarnationem plenius sit da
 69

tus filius. et spiritus sanctus. Et quod
 sic uideat quod status legis fuit status im-
 perfectionis. Status euangelij status per-
 fectionis: Lex enim reminerit ad
 perfectionem, sed euangelium dicitur esse
 esse perfecti. matth. 5. ergo etc.

Item de spiritus sancto uideat hoc specialiter
 quod scribitur Joannis. 7. spiritus non
 dum erat datus, quod lesus nondum erat glori-
 ficatus. Hoc non dicitur quod nullus modo an-
 te fuerit datus. Sed quod non ita abundan-
 ter ergo etc. Item maior cognitio est
 facta est tempore legis gratie, quam tempore
 legis scripturae. Sed R^r dicendum quod ple-
 rius dari potest dupliciter intelligi, aut
 intensiue, aut extensiue. Si extensiue
 sic plus datus est spiritus sanctus tem-
 pore legis gratie, quod in omnem terram exi-
 uit sonus eorum est non tantum ad unam
 gentem, si intensiue. Hoc est dupliciter aut
 quantum ad generalem statum, aut quan-
 tum ad speciales personas, quantum ad ge-
 neralem statum noui testamenti, quantum
 ad speciales personas in ueteri testamento.
 Et sic se habent ut excedens et excessum
 quod in ueteri fuerunt aliqui in euangelij
 et sic procedunt rationes ad utramque partem.
 In ueteri fuerunt aliqui abundantes in
 sapientia ut Salomon, aliqui in patien-
 tia ut Job, aliqui in mansuetudine ut
 Moyses. Aliqui infideles ut Abraham, aliqui
 in

in fide uocatione ut datus aliqui in mira
culorum operatione ut Helias -

10
fere in
medw

contra illa ~~verba~~ eiusdem capituli un-
decimi (sed etiam ad angelos missus est
est) Arguit. qd angelus dicitur nuncius
seu missus, sed admissum non est mis-
sus. ergo est. Si dicat qd alio modo mittit
contra. qui semper est presentis, nunquid
get missus, sed angelus semper uentem
plac deum ut presentem. ergo est. Sed re-
dicendum, qd missus Sapientia, siue filij
est ad creaturam illustrandam, sicut mi-
stis spiritus sancti ad creaturam sancti
ficandam. Et quamquam angeli, neqz ex
se fuerunt sapientes, neqz ex se fuerunt
sancti. ideo oportuit, qd a principio mitte-
ret eis sapientia, que est filius, et spiritus
sanctus, qui sanctificat. Unde Augusti-
nus loquitur, pro statu glorificationis, pro-
prie autem mundum multi nunc nisi disa-
e largemur ad manifestationem ali-
cuius occulti.

11
to

contra illa verba capituli duodecimi ⁱⁿ
Medio (nam uisus secundum qd mente
aliquid eternum capimus non in hoc mu-
do sumus) Arguit, qd aut dicit secundum
animam, aut secundum carnem: non se-
cundum carnem ut uisitat, ergo secundum
animam, ergo uidet qd anima quando hic
deum cognoscit sic in se, siue extra mun-
dum. Item hoc probat qd capere eterni-
um est magis capi, ergo sicut quod capit a
ca

Capiente locat, ergo anima locat in g^{er}ter-
nitate, ergo extra tempus.

Præterea quod cognoscit et amat, aut tra-
hit a cognoscente, et amante, aut e con-
verso, sed dum deum amamus et cognos-
cimus non trahimus deum ad nos, sed nos
ad deum, sicut dicit in 4. de divin. no-
Sed R^r dicendum, q^d locus habet naturã
continentis. et quietantis: esse ergo in hoc
mundo est dupliciter: aut quantum ad
veritatem, et continentiam, aut quantum
ad quietem. Augustinus ergo loquitur non
primo modo, quã^{asi} anima et corpus vere egra-
diat^{ex} hoc mundo dum mente capit deum,
sed intelligit quantum ad quietem, quã
factus anime non quiescit in temporalibus
his (sed in g^{er}ternis) quibus superferit, et
quantum ad hoc intelligit Dionysius, et
intelligit secundaratis, quã amatum tra-
hit non locuteer mutando, sed sibi confor-
mando, quã amans transformatur in amatum
et cognoscentis conformatur cognitis.

Contra illa verba capitis decimi certij, in
ca. medium (Pater enim est ut ait Augus-
tinus in eodem libro principium totius di-
vinitatis, vel si melius dicit deitatis etc.)
Arguit, quã aut hoc est per generationem
aut per spirationem, et per consequens
pater generat vel spirat deitatem, quod
est contra Magistrum supra distinct. 5.
ubi dicit q^d essentia nec generat, nec gene-
ra

rat. Preterea querit quare dicitur vel
 si melius dicitur deitatis? Et R^o q^o Au-
 gustinus non simpliciter dicit q^o sepe
 incipiam diuinitatis. sed cum hac de-
 terminatione Totius, et quoniam
 in simplicissimo non cadit aliqua to-
 talitas nisi extenso nomine totalitatis
 ad personarum pluralitatem. ideo dei-
 tas. siue diuinitas stat ut impersonis
 q^o tamen non potest trahi ad personas
 cum sit nomen abstractum, pro dicitur
 sermo exponendus est, sicut Magister
 supra exposuit locutiones consimiles.
 Ad illud quod querit quare dicitur dei-
 tatis. dicendum est. q^o diuinum potest
 dici de creaturis. secundum quod dicitur
 Sermo diuinus, sed deus solus dei pro-
 prium: ideo deitas magis proprie dicitur
 formam dei, q^o diuinitas. ac proinde me-
 lius dicitur deitatis, q^o diuinitatis

de materia istius distinctionis tractat. d. tho-
 mas. 1. p. q. 43. ar. 1. et 2. et 4. et 5. et 8
 et ibi ipsius interpretes.

Circa hanc distinctionem que-
 rit de veritate conclusionis

— ipsius —

— Questio circa materiam huius distinc-
 tionis eadem omnino esse potest que circa dis-
 tinctionem —

distinctionem precedentem uide ut in ea
habet.

Poteris tamen facillimo negotio ex his
que circa hanc distinctionem hic discu-
tat angelicus doctor. eligere tibi septem
aut octo (uel plures articulos. et eos in-
ter se committere, iuxta modum prece-
dentium questionum, quas hucusque ex-
ipso discussimus. et efficias non asper-
nandam. et Multiplicem questionem

Oct. 15

166

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

Deus meus in celis habitans et in terra habitans

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

Lib. 1

Distinctio decimasexta. qua
 incipit. Nunc de spiritu sancto. etc.
 Postq̄ magister in precedenti distincti-
 one egit de processione spiritus sancti
 temporali. In presentis qua quinq̄ capi-
 tibus absolute) incipit agere de missio-
 ne eius visibilij. Et dividit in tres partes.
 In prima ostendit spiritum sanctum esse
 visibiliter missum, a principio distinctis-
 nis usq̄ ubi, sed prius querendum est.
 In 2^a. subdit qualiter visibiles missiones
 filij et spiritus sancti se habeant ad invi-
 cem usq̄ ubi Hilarius autem dicitur.
 In 3^a. subiungit qualiter filius et spiritus
 sanctus secundum istas missiones se ha-
 beant ad patrem. et hoc usq̄ ad finem dis-
 tinctionis. que in epythomen redacta
 sic habet. //

Dupliciter spiritus sanctus missus est, quo
 et creatura dupliciter sanctificat. visi-
 biliter scilicet cum apparentia alicuius
 visibilis signi: et quandoq̄ cum effectu
 interiori sine visibili signo. Sicut et filius
 dupliciter missus est nimirum visibiliter
 in carne assumpta, et invisibiliter in me-
 tes castus. Fuit ergo visibilis spiritus
 missio quaedam ipsius apparentia, vel ma-
 nifestatio in corporali creatura tanq̄ in
 signo: neq̄ tamen per hoc q̄ mittit spiritus
 sanctus minor est patre, qui non mittit

ut in linguis igneis /
 in Pentecoste, colum-
 ba in baptismo, in nu-
 be in transfiguratio-
 ne, et in specie flatus
 Ioan. 20. nec tamen in
 sui natura uidebat ne-
 q̄ erat magis in illis cre-
 aturis q̄ in alijs sed ad
 aliud erat enim in illis
 ut ostendere ad eos
 venire ad quos uenire
 di creatura aduentabant
 non enim in spiritu sancto

erat aliqua mutatio
sed in mutatione cre
ature presignabat
eiusdem spiritus spi
ritualis et invisibi
lis infusus.

cum tamen filius secundum missionem
visibilem minor dicat tota trinitate. im
mo et a seipso a spiritu sancto et ab an
gelis minoratus. quoniam filius assum
psit humanitatem non solum ut in ea
appareret, sed etiam ut esset homo, non
sic autem spiritus sanctus columbam, et
ad hoc adducunt multa auctoritates in
lettera. Ultimo dicit magister secundum
Hieronymum quod licet Pater sit maior propter
auctoritatem filius tamen non est minor
patre propter unitatem naturae, quam
Sabae cum patre, cuius verba sane intel
ligenda sunt. sic enim Sabae. 9. de trinit
donantis auctoritate pater est maior, non
quod per doni concessionem filius sit minor,
maior itaque donans est, sed minor non est
cui unum esse donat. dicit ergo pater au
toritate genitorum ^{maior}, non tamen per hoc fi
lius minor dici potest. unum enim et idem
esse quod pater Sabae filius dedit. et Sabae
nus de lettera distinctionis. quam ma
gister fusius prosequit inductis auctori
tibus praecipue. Ioan. 14 Philipp. 2. et

Augustini. lib. 2.
de trin. cap. 5. et
lib. 4. cap. 19. ad
galatas. 4. Augus
tini. lib. 2. de trin.
c. 6. et lib. 1. c. 7.
Ioan. 1. et 14 Philip
2. et August. lib. 2.
de trin. cap. 1. it.
Hieronij. 9. de trin.
post lib. medium s. Ioan. 5
et. 1. Ioan. 4

1. ad Timot. 2. Ioan. 16. Sex quae tres
clauit unclusioes in quibus eius to
ta summa consistit. uel una trinitatis
prima consilio. spiritus sanctus admo
duum filij dupliciter missus est. scilicet vi
sibiliter, et invisibiliter

2^o Spiritus sanctus propter visibiles
missionem non dicitur minor tota trinitate,
sicut filius propter suam.
3^o Pater auctoritate donationis et ge-
nitura in sano sensu potest dici maior fi-
lius, sibi essentialiter equalis.

Dubia Literalia

i
sive, textus exposito
contra illa verba capitis tertij pro-
pe initium (nam de filio q. minor sic pa-
tre secundum formam, qua missus ap-
paret aperte ostendit Augustinus etc.)
dubitatur et arguitur omnis adus secu-
dum quem aliquem contringit fieri mi-
nozem est indignitas, si ergo filius
ratione missionis est minoratus, ergo
missio dicitur dei indignitatem. Item
quando unus aliquis de equali fit mi-
nor mutatur, sed filius ante missionem
erat equalis, et modo est minor ergo
est. Sed R^r dicendum q. quaedam di-
cunt de filio dei per essentiam, quada-
m per unionem, quia tanta fuit ut face-
ret summum deum, et deum summum,
essentialiter loquendo nullo modo fi-
lius dei est minor. Sed S^r dicitur est
per unionem, q. omnia que dicuntur
de Summo possunt dici de filio dei, et
ita patet q. nulla ex hoc est indignitas,
nulla mutabilitas in eius persona, et
sic.

¶
ex qua ~~trinitate~~ —
elicie conclusio in qua
eius fere summa consistit
que talis est
spiritus sanctus sicut et
filius visibiliter et in-
visibiliter missus non
dicitur minor tota trini-
tate. Patet vero aucto-
ritate donationis in sa-
no sensu potest dici ma-
ior filius.

metrice sic
quo nos diligimus fla-
men putat esse magis
ter.
Hoc magis augeri quo
magis ardebitur.

Sic soluit utrumque obiectum, quod utrague
 ratio procedit, intellectu quod secundum
 eandem naturam fieret minor, secun-
 dum quam erat equalis. Nunc autem
 simul est minor et equalis.

contra illa verba capituli quarti in
 principio (filius secundum quod homo fac-
 tus est non solum patre, et spiritu sancto
 sed etiam seipso minor dicitur esse) Argui-
 tur quod maior diversitas importat per hoc
 quod est maior et minor, quod per hoc quod
 est alius et alius, quod prima concedit
 et in divina natura. Secunda vero sic
 si ergo hec est vera, filius est minor se-
 cundum se immo a patre et hec filius
 est alius et alius, et ita dicitur persona
 quod non concedit. Sed R. quod verum est
 quod maiorem diversitatem dicunt maior
 et minor, quod diversitatem virtutis, et na-
 turarum. Sed ad diversitatem naturarum
 quodvis sit maior non sequitur diversitas
 in persona, quod plures nature possunt esse
 in una persona. In nomine ergo in
 Christo domino cadit diversitas natura-
 rum, et ex consequenti virtutum, non
 autem personarum. Ideo dicitur maior
 et minor respectu diversarum virtutum
 non autem alius, et alius, cum non ha-
 beat diversas personas.
 Contra illa verba eiusdem capituli quar-
 ti.

circa
 ti in finem (Et etiam minoratus parvis
 minus ab angelis est) Arguitur et pro
 bat esse falsum. qd super illud text. 2
 eum qui iudico ab angelis minoratus
 est, dicit glossa. natura humana hu
 manamentis qualem Christus assump
 sit. que nullis peccatis potuit deprava
 ri super omnes maior est. Item beata
 virgo, que est pura creatura est super
 omnes angelos exaltata. ergo. est.
 Sed Rr. dixerunt qd potsumus loqui
 de Christo dominis in comparatione
 ad angelos quantum ad quatuor scili
 cet quantum ad gratiam. et quantum
 ad naturam mentis. et quantum ad na
 turam corporis. et quantum ad statum
 passibilitatis. quantum ad gratiam est
 simpliciter maior. quantum ad natura
 mentis saltem non fuit minor. qd sicut
 dicit glossa minor angelis fuit corpore
 non mente. quantum ad naturam cor
 poris minor fuit. quantum autem ad
 naturam passibilitatis fuit minor. et
 modus minoratus. qd status passibilita
 tis in statum glorie et honoris paulo
 post convertendus erat

4
 contra illa verba capituli quinti in prin
 cipio (Hilarius autem dicere videtur qd pa
 ter maior sit filio. nec tamen filius minor
 patre.) Arguitur. si verum est. quod
 dicit cum idem sit in deo Sapientia, p
 ter

terra bonitas et magnitudo, ergo si
 maior est, et est ex consequenti sapienti-
 or. et melior. Preterea in deo non
 est magnitudo mollii sed virtutis, et
 ergo si pater est maior est potentior, q
 uod stare non potest. Item maior aut
 dicit essentiam, aut rationem, non
 essentiam quia essentia est sic ut egua
 les: si rationem, quae quam. Si di-
 cus q, paternitatem. Contra compara-
 tus secundum maius aut minus non
 attendit nisi in comparantibus,
 unde non dicit cygnus est albius corvus
 sed filius non est comparans patri
 ergo est.

Item quare quare non dicit maior
 spiritus sanctus? Et ducendum, q
 in patre est auctoritas respectu filij, et
 spiritus sancti, in filio respectu spiritus
 sancti, et ideo in patre maior auctori-
 tas et maior fecunditas, et quia nullum
 nomen ita competit ad exprimendam
 auctoritatem, sicut hoc nomen, magis
 deo dicit Hilarius q, pater est maior
 filius, et ex hoc patet solutio ad obiecta
 quia maior non dicit essentiam, sicut po-
 tentia et sapientia, sed dicit rationem.
 Si quare quam? dicit q, dicit rationem
 communiter, sed tamen in ratione principij
 p^{ij}

pij. Sicut sub auctoritate in ratione e,
 manans. Et Sicut est q, pater dicitur,
 maior filio. q, eesi uterq, habeat auctori-
 tatem in ratione principij. pater tamē
 in ratione principij tantum, et de-
 plus habet de ratione auctoritatis. Spiri-
 tus autem sanctus nullus personae est
 principium. et ideo non comparatur eis.
 secundum auctoritatem.

4 Contra illa verba eiusdem capituli qui
 ubi et ubi circa medium (maior itaq,
 donans est. sed minor iam non est cui
 num esse donat) dubitatur quid est in
 eis falsum dici. q, quocumq, modo acci-
 piat maior dicitur relative ad minorem
 ergo si ponimus patrem maiorem, ponē-
 dus est filius minor. Item pater dicitur
 maior q, habet auctoritatem supra filium
 ergo cum filius habeat sub auctoritate
 respectu patris debet dici minor.

Sed R^r q, nihil impedit quare filius
 non dicatur minor patre ratione sub,
 auctoritatis. sicut pater maior, nisi q,
 nomina indignitatis inde non debent
 ad usum trahi. vel q, sancti doctores
 quantum possunt se elongant ab he-
 reticorum fallacia. ideo cum Hilariq,
 dixisset patrem maiorem. noluit q, filius
 diceret minor. ne videret illa maiestas
 non tantum auctoritatis. sed etiam in
 qua

qualitatis. Et quamvis Hilarius deca
 recin patre auctoritatem non tamen
 legitur in filio dixisse subauctoritatem,
 sed illud verbum a magistris est addi-
 tum in consuetudine disputantium.
 De materia istius distinctionis tractat
 Thomas. 1. p. q. 43. ar. 7. et ibi interpre-
 tes.

Circa hanc distinctionem
est questio de veritate
conclusionis ipsius.

Pro qua sic me tibi quatuor articulos
 questionis quam circa hanc distinctionem
 sic discutit dominus Thomas connectens
 eos inter se, et cum articulo quinto et oc-
 tavo questionis 43 primae partis iuxta
 formam quam tibi prescribimus et
 facies formatam questionem.

Nisi velis ex questionibus preceden-
 tium duorum distinctionem disputa-
 tionem texere. istae etenim distinctiones
 mutuo se inuicem et concernunt.

Distinctio decima septima quae
Incipit. iam nunc accedam, etc.

Postquam Magister in precedenti egit de
missione spiritus sancti visibus sub speci-
ebus creatis. In presenti distinctione
(quae decem et novem capitibus absolvi-
t) agit de missione eius inuisibili per
charitatis infusionem. Et dividit in
tres partes. In prima ostendit quod charitas
secundum essentiam dicat, usque ubi hic
queritur si spiritus sanctus charitas est.
In 2^a parte subdit quomodo in nobis
augeat, usque ubi (supradictum est quod spiri-
tus sanctus est charitas) In Tertia con-
cludit quomodo actum dilectionis in no-
bis operat usque ad firmam distinctionis.
quae in epistola ad romanos redacta sic habet.

Spiritus sanctus (qui tertia in trinitate per
sona existens, a patre et filio, et a se ipso
mittit, et donatur) est amor patris et filii
quod se invicem amant, et nos. est etiam
amor et charitas, qua nos deum et proxi-
mum diligimus; ita enim in nobis est, ut
nos deum et proximum diligere faciat.
Hinc qui ipsam dilectionem diligit, deum
diligit, pro eo quod deus dilectus est. Nec tamen
deus sic dicit Charitas nostra, sicut spes et pa-
tientia nostra; Hec enim dicit, non quod ipse sit
ista, sed quoniam ista sunt ab eo, dicitur au-
tem Charitas nostra, quod ipse est charitas.

deus etc
num etc
ritas est.

Hec charitas, quae spiritus sanctus est
nec

aut mutat

Nec proficit, nec deficit, quia deus est
sed homo in ea aliquando proficit, vel de-
ficit, sicut et deus in nobis dicitur magnifica-
ri, vel exaltari. Sed etiam dicitur aliquid da-
ri, non quod locum mutet, sed quod alio modo

Deinde adducit plures
auctoritates quibus pro-
bat spiritum sanctum ab
aliquibus magis, ab ali-
quibus minus haberi //
exemplificans illud per
Heliem prophetam, qui
duplicem Heliem poposuit
spiritum, et per alias au-
toritates probat, quod virtus
dicitur proficere quod est quod
non proficit in ea, cumque
ubique sit et in omni crea-
tura totus spiritus sanctus
Sunt tamen multi, qui
eum non habent quod non
omnes in quibus est habent
spiritum sanctum ut non
tunc in irrationabilibus
Creaturis
etiam de virtute fi-
dei.

in eo esse incipit. quamvis etiam alium
credendi et sperandi operatur mediis
virtutibus fide et spe. alium tamen diligen-
di in nobis sine alicuius virtutis medio ope-
ratur. Arguit tamen contra dicta sicut et quod
spiritus sanctus sit charitas, quod Augustinus
videtur dicere non esse eandem charitatem qua
deus diligit nos, et qua diligimus ipsum, sed
charitas qua deus diligit nos est spiritus sanc-
tus, ergo non est qua nos deum diligimus, et
Respondet quod dicit Augustinus illis verbis
non intendit negare eandem esse charitatem,
sed tantum asserere quod nomen charitatis con-
uenit deo, non solum quod diligit nos, sed etiam
quod nos per ipsam sui dilectores facit. Secundo
obicit sibi contra idem, quod charitas est ab ip-
so spiritu sancto, ut asserit Augustinus, ergo
non est ipse spiritus sanctus, quod nihil est a se
ipso, et Respondet quod idem potest esse a se ipso
non simpliciter, sed quatenus dat nobis, et sic
est in charitate quia a spiritu sancto est, et est
etiam ipse spiritus sanctus datus nobis, fides au-
tem non est deus datus, sed aliquid a deo datum.
Tertio arguit magister contra se, quod chari-
tas secundum eundem Augustinum est quod
dam affectus aut motus animi, ergo non est
spiritus sanctus. Et Respondet quod charitas est
motus animi causaliter (non formaliter) quod
non

nos ad amandum effectiue mouet. Et sic
 inueniunt q. spiritus sanctus dicitur chari-
 tas. ~~quod est~~ et amicitia magis.
 quemadmodum de ipsa diuina sapientia
 dicitur q. est mobilior omnibus mobilibus sa-
 pientia / ex his Respondet Magister ad
 as questiones ad primam q. licet charitas
 moueat sicut spiritus sanctus moueat ad speran-
 dum et ad credendum, sicut et ad diligendum
 non tamen dicitur affectus mentis ad sperandum
 et credendum. sicut ad diligendum quoniam
 animus actus credendi et sperandi operatur cha-
 ritas medijs habitibus infusus fidei et spei sed
 actum diligendi exequitur absq. ulla medijs
 habitibus perceptum / Ad 2. questionem
 vni s. q. si cum donis spiritus sancti daret om-
 nia alia dona? Respondet q. sic non tamen
 omnes qui habent spiritum sanctum omnia
 dona possident, sed quidam ista, quidam illa.
 Sic procedit Magister sed ista eius positio
 communiter reuocatur, nec ipse soluit obiectiones.
 ac proinde communiter sancti et theologi po-
 nunt habitum Charitatis precellentem inter
 virtutes, a quo actus diligendi eliciat. quam-
 uis deus et spiritus sanctus sic charitas effec-
 tuiue. et sic delectata distinctionis, quam
 Magister fusius prosequitur in directis precipue
 auctoritatibus. Augustini. lib. 3. cap. 7. de tri-
 nitate et lib. 15. cap. 13 / 1. Ioan. 4. Augustini
 item. lib. 3. cap. 1. et lib. 1. cap. 17. de trinitate.

et spiritus
sanctus.

uel supra
transm
bis -

Ex qua tres eliciuntur virtutes in quibus

ista

et psalm. 18 et 31. Rom 3 /
 1. corinth. 12
 et lib. 15. c. 16. psalm. 61.
 et 70 et 57. et 58. Ioan
 1. et 4. psalm. 53 / et 4
 Reg. 2. et Roman 5.

ex

†
 ex qua ~~conclusionibus~~
 elicit conclusio in
 qua eius, fere summa
 consistit que talis est
 spiritus sanctus cha-
 ritas est quae deum
 diligimus sine virtu-
 te media. Et sic in
 ipso proficere aut de-
 ficere possumus -
 metrice sic
 spiritus in varijs appa-
 ruit antefiguris
 imbuere et tacito pectora
 sacra modo.

tota eius summa consistit. 1^a conclusio
 spiritus sanctus Caritas est quae deum et
 proximum diligimus, tunc nobis invisibili-
 ter mittit, vel dat. cum talis dilectionem
 in nobis efficit, vel operat.
 2^a conclusio. spiritus sanctus quatenus
 Caritas est, in nobis minui, aut adgeri dicit
 secundum, in ipso proficimus aut deficiamus
 3^a spiritus sanctus immediate per se ipsum
 sine virtute media operat adum dilectionis.

Dubia Literalia siue textus exp.

contra illa verba capitis tertij in
 principio (qui proximum diligit con-
 sequens est ut ipsam precipue dilectio-
 nem diligat etc) dubitat et arguit
 videtur enim dicta consequentia nihil
 valere, quamvis enim possibile sit di-
 lectio nem diligere, non tamen est necesse
 q. aliquis diligat eam. multa enim pa-
 quere et amamus que non habemus ama-
 re. Item dubitat de ista consequen-
 tia. qui diligit dilectionem consequens
 est ut deum diligat. q. aut intelligit
 de increata, aut creata. si de creata nil
 valet diligit quod creatum. ergo incre-
 atum: si de increata tunc innullo con-
 cordat cum priori sententia, q. dilectio
 qua diligimus proximum est dilectio
 creata. Sed Res dicendum. q. vera

qz consequenter bona est in proposito.
 quidam enim est amor in quo non est
 quietatis. nec dilectio. nec complacentia
 ut puta ille qui est ex pravitare corrup-
 tionis. cui ratio obstat. quidam uero est
 amor. qui cum dilectione. complacen-
 tia. et quietatione. Et in tali amore non
 est tantum acceptio rei amatae. immo eti-
 am ipsius amoris. Et talis amor est chari-
 tas. Et idem sequitur qui amat proximum
 amat dilectionem. id est acceptat. Sed qui
 nam bene sequitur qui acceptat aliquid ex
 se multo magis acceptat illud. in quo inue-
 nit ratio dilectionis. Sed dilectio est ipsa quo
 dilectio acceptat. et maior dilectio magis.
 cum ergo dilectio nostra sit dilectio exempla-
 ta. et dilectio diuina sit exemplar omnium
 recte dilectionis. Et nulla est omnis accep-
 tio nisi summa et primaratio.

Hinc est quod sequitur. scilicet qz qui diligit
 dilectionem diligit deum. Unde Augustinus
 arguit ex hac suppositione. qz primaratio
 acceptio est in dilectione exemplante
 non exemplata. et ex hoc patet secunda

1 Contra illa uerba eiusdem capituli tertij
 ultra principium (ecce iam potes nos nosse
 deum sapere qz fratrem) arguit. qz. 1. Tim.
 6. dico uobis qz si cum habitat inaccessi-
 bilem. Preterea de fratre noui quid est
 de deo uero nullatenus noui quid est. Sed

Si est ipse uersus loquitur quod tum ad cognitio-
nem si est. Sed si quod aliquid magis
certitudinaliter cognoscitur contingit dupli-
citer quod certitudo cognitionis est secun-
dum presentiam. aliquid autem presentis
est dupliciter. aut quantum ad rationem
cognoscendi. aut quantum ad substantiam
cognoscibilis. quantum ad substan-
tiam deus est presentior cuilibet rei quod
quolibet aliter. quantum autem ad ra-
tionem cognoscendi. hoc est dupliciter. aut
a parte cognoscibilis sicut sol est presentior
ceco. et tamen cecus est absens. Luminis
et sic deus est presentior quod frater. Si au-
tem a parte cognoscentis sic presentior
est frater. quod presentis est oculis carnis. quod
orum cognitio videtur secundum statum
presentem.

Aliiter potest dici quod presentior est aliquid
quod dupliciter in ratione cognoscibilis
uel secundum effectum. uel secundum se
secundum se ratio est frater secundum
effectum ratio est deus quod effectus diuini
qui est dilectio intrat ipsam animam
et ei est presentis. Et magis cognoscitur quod fra-
ter.

Contra illa verba eiusdem capituli tertij
post medium desumpta ex 1. Joannis. 2.
(qui diligit fratrem in lumine manet)
dubitat. quod videtur hoc verbum improprie
dilectum

Magis
107

3

dicitur, quia lumen respicit cognitionem sicut
 calor affectionem, ergo magister debet dice
 re manet in calore, quia manet in lumine.
 R. dicendum, quod lumen est manifestare
 manifestare autem aliquid alicui, accidit
 dupliciter, aut sicut viam cognoscendorum
 aut sicut viam agendorum. primum est
 per scientiam et contra illud lumen op
 ponit tenebra ignorantia simplicis. Se
 cundum est per gratiam. Unde. i. Ioan
 nis. unde docet nos de omnibus. Et con
 tra illud est tenebra malitia sive pecca
 ti, et de hoc lumine, et de his tenebris lo
 quitur beatus Iohannes quod patet in textu
 et ceteris. Ad error et tenebra peccatoribus
 creata sunt. Et quoniam Charitas sem
 per est cum gratia aliqui virtutes non idem
 dicit, qui amat manet in lumine per ap
 propriationem

4 circa illa verba capitis quarti prope
 initium. Si in donis dei nihil est magis
 charitate est. dubitatur videtur enim dice
 re falsum, quia sapientia donum ponitur
 excellentissimum inter omnia dona, vel
 si idem est charitas et sapientia, charitas
 non obtinet prerogativam inter dona. //
 Item queritur de consequentia si chari
 tas est principium inter dona dei, et nul
 lum maius est quam spiritus sanctus, ergo spi
 ritus sanctus est charitas, aut enim loqui
 tur de charitate creata aut increata, si
 de increata, tunc probat idem per idem,
 si

Si de creata tunc nulla videtur consequen-
 tia. quoniam ualeat quod si creata charitas ma-
 ior est inter dona creata quam charitas seu spi-
 ritus sanctus. R. tamen dicendum quod pro-
 dicta auctoritas Augustini potest intelli-
 gi de charitate creata et increata et pro-
 utraque scilicet ueritatem. Si de increata cer-
 tum est. Si de creata maximum est inter
 dona quod plus scilicet in se de ratione boni-
 tatis. siue de ipsa bonitate, quod ~~quoniam~~
 quod bonum prescisse. quoddam enim do-
 na sunt quod sunt sine charitate et hec
 certum est quod minora sunt. quoddam presup-
 ponunt charitatem. sicut donum sapien-
 tia; charitas enim est quod datur sensum quod
 tunc ut sapiant ei bona eterna. Unde sa-
 pientia super addit quendam superuicem
 scilicet qui scilicet. quod comparata ad
 charitatem minus bona est. sed prout in-
 cludit charitatem. maius bonum est ratio-
 ne eius quod presupponit. Et patet
 quod charitas prescisse loquendo est excellen-
 tissimum donum. sapientia uero pres-
 supponendo; siue implicando donum cha-
 ritatis dicitur excellentissimum. // Ad
 illud quod dicitur de consequentia. R. //
 quod uero quod modo bona est. si enim intelligatur
 de charitate increata. sic ipsa est donum pri-
 mum et precipuum et spiritus sanctus est
 serius modum. spiritus uero ipsa sit spiritus sanctus
 quod quod per superabundantiam dicitur soli;
 ubi continetur. si autem de charitate crea-
 ta

ta. tunc. in sequentia Augustini intelligenda est a parte nominis sic. si charitas creata est maximum donum. inter omnia dona creata. et spiritus sanctus maximum est donum. ergo melius nominatur nomine doni excellentis. Spiritus sanctus. consequens ergo est ut spiritus sanctus sit charitas. sed non creata immo illa que deus est.

9 circa illa verba capitis quinti prope medium. Non utique dictum est tu es patientia mea quod dei substantia est nostra patientia. Dubitat quidam male dicere. Charitas enim qua nos diligimus deum. non est ipse deus. nisi intelligamus. quod diligimus exemplariter. vel causaliter ergo cum simile sit de patientia. videt Augustinus male destruere illud simile // Item cum deus faciat nos diligentes. sicut patientes. quare non dicit deus charitas nostra sicut patientia nostra? R. dicendum. quod deus est charitas essentialiter. et causaliter: essentialiter quod in se amaret. causaliter quod in nobis amorem efficit. sed deus non est patientia essentialiter sed solum causaliter. et ideo scriptura istam diversum modum inuenit deum esse patientiam nostram dicit. et deum esse charitatem sine additione. Ratio autem huius est. quod quidam Sabites dicunt in completivum. sicut patientia. spes et Simus modi. qui non addunt in deo per essentiam. sed per causam. quod subiecta a deo sunt. quidam vero sunt Sabites dicentes complementivum. et Simus modi sunt in deo essentialiter. sicut charitas. sapientia. et Simus modi.

Notandum autem quod Augustinus vult dicere quod deus est charitas essentialiter. sed ipse non vult dicere. quod sit charitas nostra essentialiter. sed causaliter. et exemplariter. quamvis enim omnes

omnes virtutes habeant exemplar cognoscibile
 in deo. et omnes habeant exemplar se-
 cundum similitudinem longinquam, tamen
 quaedam virtutes non habent subreppor-
 dens in deo personam sicut patientia que
 dicitur scilicet passionem et superferri
 passionibus, quantum ad primum non habet
 in deo correspondens, sed quantum ad secundum
 solum. Charitas autem habeat amorem sibi in
 deo personam correspondentem, et amorem ra-
 tionem essentialem, sed etiam personalem
 et idem dicunt auctoritates quod spiritus sanctus
 est charitas, quod diligimus deum et ablatum
 qua, dicit similitudinem non tantum causam
 efficientis, sed etiam formalem, non perfectam
 sed exemplantem.

Contra illa verba capitis sexti ad prophe-
 tiam (solum est quod dividit inter filios reg-
 ni et filios perditionis) arguitur quod hoc non
 venit donum charitatis aut enim loquitur de di-
 visione quantum ad cognitionem, aut quan-
 tum ad veritatem, si quantum ad veritatem
 hoc falsum est, quod non solum in charitate, sed
 etiam in fide gratuita, et spe differunt si qu-
 antum ad cognitionem, tunc minime dicitur
 dicit, quod nescitur quisnam hoc donum habeat.
 Rr. dicens, quod omnia dona virtutum possunt
 esse infirma propter charitatem, et quoniam
 possunt esse infirma, possunt esse in iustis
 et peccatoribus, et idem in illis nunquam separa-
 tur ab invicem, sed charitas nunquam potest esse
 infirma, neque esse cum peccato, quod actus eius
 est diligere propter se, et super omnia, quod
 remouet per omne peccatum. Fides dicit Au-
 gustinus quod sola charitas distinguit loquendo de
 distinctione in universalibus. // Quod dicitur de
 fide

fide gratuita sine formata concedo q. distinguat
sed tamen hoc non habet q. fides sed q. gratuita
Et ita ex hoc q. charitati coniuncta. et sic patet
illud.

7 Contra illa Verba capitis sexti circa medi-
um. (et tradiderit corpus tuum ut aut ardeat
est) obicit q. dominus dicit Ioan. 15. maior
rem hoc dilectorem neminem habet ut animam
suam ponat ^{amicis} pro ^{vel} omnibus suis est. ergo si
hoc est maximum opus charitatis impossi-
bile est q. fiat sine charitate. R. q. aliqui di-
cunt Apostolum loqui per impossibile. po-
tens enim ad hoc q. aliquis habens poenam
pateret sine charitate pro christo ad hunc
prodesse subij. credo tamen q. ex industria
naturalium. et aliqua gratia gratis ^{dato}
posset sustinere pro fide christi ^{etiam} mortem sine
charitate. sicut hereticus sustinet per erro-
rem. et quod dicit dominus q. illud est sum-
mum charitatis intelligendum est quantum
ad signum et exteriorem ostensionem signa
tamen sunt fallibilia. et ideo non necessa-
rio oportet q. si aliquis mortem sustinet pro
christo sive pro eius fide q. habeat charita-
tem. existimarem tamen q. si quis pro Chris-
to sustineret mortem, qui non magnam ha-
beret obicem q. disponderet ad gratia suscep-
tionem. itaq. daret sibi charitas

De materia huius distinctionis tractat. d
thomas. 2. 2. q. 33. ar. 2. et 1. 2. q. 109. ar
2. et q. 112. ar. 4. ^{et 5} et q. 114. ar. 2. de gratia
habituali ad merendum. et ibi ipsius interpre-
tatur

et
et

et 2.2. q. 24. ar. 3. 4 et 5 et 10. et
 1.2. q. 52 ar. 1. 2 et 3. et ~~2.2. q. 24. ar.~~
~~4. et 1.2. q. 92. ar. 1.~~

~ circa hanc distinctionem
 querit de veritate conclu-
 sionis. ipsius ~

Pro hac questione conficienda ministra-
 bue tibi materia sufficienti ex questione
 vigesima quarta. secunda secunda divi
 Thomae. unde connectens oblatas partes
 vel pauciores articulos ipsius desumes
 iuxta firmam sic traditam argumen-
 ta. notabilia. conclusiones. et dubia
 argumentorum solutionibus.

quod tamen forte gratuita et magis ad rem
 tibi videbunt quae idem doctor angelicus
 in hac distinctione sic pertractat. sumi-
 te tibi quinque articulos primae questionis
 quam sic invice. et connecte eos. Sic -

Primum quod caritas non sit aliquid crea-
 tum -

Secundum argumentum quod esset accidens
 dato quod esset quid creatum. et probet quod
 sit accidens.

3. quod si esset accidens aut quid creatum
 daret secundum capacitatem natura-
 lum. et probet tanquam inconueniens. ex
 tertio articulo

4. quod si esset in anima ab
 Sa

Sabente, naturaliter et certitudinaliter
~~ab~~ Sabente cognoscere. et probet argum
 ento ubi, quod tamen non admittit.

5. qz esset caritas ex caritate dū
 gerda (ut manifeste videt). quod tamen
 probet falsum ex primo argumento ar
 ticus quinti.

In contrarium tamen sunt auctori
 tas etc.

Ponant ex quinque dictis articulis, quin
 que in tabella iuxta dicta in Responde
 dicendum, singulorum articulis.

Ponant quinque conclusiones articulo
 rum probatq; argumentis sed contra
 Et Tandem solutores argumentorū
 deponentium singulas difficultates
 cum solutoribus argumentorū omni
 um, que in articulis proponuntur.

Vel confice questionem ex quinque ar
 ticulis questionis secundę, queam circa
 hanc distinctionem disputat divus Tho
 mas. ipsos enim connectere facile est.

111

Capitulum 17

Incipit tractatus de ...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

171

Lib. 1

2

~ Distinctio decima octava que
incipit. Posterea diligentem consi-
derandum est.

Postq̄ magister in precedenti tractauit
de processione spiritus sancti tam visibi-
li q̄ inuisibili. In presenti distinctione
(quod dicitur in capitulis absolutis) agit de
proprietae secundum quam conuenit
spiritui sancto temporaliter procedere
scilicet de proprietate domi. Et diuidi-
tur in tres partes. In prima ostendit q̄
spiritus sanctus donum et datum dicitur
a principio distinctionis usq̄ ubi et no-
tandum. In secunda subdit unde ipsū
donum esse singulariter sumat usq̄ ubi
et secundum hoc q̄ sempiternum. In ter-
tia concludit q̄ secundum relationes do-
ni et dati diuersimode referat usq̄ in fi-
nem distinctionis. que in ep̄thromer
redacta sic habet.

Alia ratione spiritus sanctus donum di-
citur et datum; nam esse donum conue-
nit sibi ex sua eterna processione ante
omnem creaturam; sed datum, uel dona-
tum conuenit sibi ex tempore ab actua-
li scilicet donatione, uel datione; qui ta-
men ab eterno fuit donabilis. Neque
ro per hoc filius donum dicitur, quamuis et
ipse ab eterno dabilis fuit, quemadmodum
spiritus sanctus; qui non solum procedit
ut donabilis, sed etiam ut genitus. Sicut
ergo

(et datus in tempore
iuxta illud propheta
filius datus est nobis)

a patre et filio non
 tantum q. spiritus
 sanctus sed uel do
 num sed etiam ut
 omnino sic et ut
 substantia sit, quod
 utiq. non accepit ex
 eo q. dat. nam cum
 nō dicit nisi ex tem
 pore sciret q. esset
 etiam ex tempore -
 quod absurdissimum
 est affirmare. nec
 quod pater est pater et
 quod deus. nec filius est
 filius quod deus. nec spiri
 tus sanctus est donum quod
 deus. q. si omnib. rela
 tiva ostendunt non q.
 solum essentia unde
 nec filius natiuitate
 essentia est sed tantū
 filius. nec spiritus san
 ctus processione essen
 tia est sed donum tan
 tum. et tamen uter
 q. et illa nascendo. et
 iste procedendo accepit
 ut esset essentia

ergo filius eternaliter a patre ^{nascendo} procedendo
 et q. sit ^{et q. sit} scilicet spiritus sanctus
 eternaliter procedendo accipit ^{quod} spiritus
 sanctus. Hinc et secundum q. sem
 piternae donum est refert ad patrem, et
 filium; secundum uero q. datum uel do
 natum est refert ad eum qui dedit. et
 ad eos quibus datur, ac proinde nomen do
 ni respondet processionem eternam nomen
 dati temporalis. Postea ponit differentia
 inter spiritum hominis, et spiritum sanctum
 In hoc q. spiritus hominis dicitur noster q. per
 illum sumus. Sed spiritus sanctus dicitur
 noster q. nobis datur. Subdit etiam q. nomina
 que important respectum alia principaliter
 recipiunt additionem horum ^{pro} nominum
 meum, nostrum. alia uero que imponunt
 a proprietate eterna non recipiunt ho
 rum additionem. Unde non dicitur filius nos
 ter, sed spiritus noster. Ultimo quæritur
 quomodo datum referat ad dantem, et spiri
 tus sanctus deo a se, possit referri ad se. u.
 ius quæstionis solutionem differt usq. ad tr.
 actatum, in quo agit de his quæ deo relati
 ue conueniunt. Et sic de littera distinc
 tionis, quam magister fusiis prosequitur
 in dicitur auctoritatibus precipue Augustini

1. corint. 3. Matth. 6.
 1. corint. 12. Hilary
 lib. 5. de trin. / numer
 11. psalm. 11. ~~...~~
 + ex

lib. 15. de trin. cap. 19. et lib. 5. cap. 14 et
 15. Matth. 6. et Luc. 11. / sex quæstiones eli
ciunt conclusiones in quibus tota eius summa
 con

uel yma
impem
his

constitit. 1. conclusio Spiritus sanctus
 dicitur donum ex sua eterna processione, datum
 vero ex temporali.
 2. Spiritus sanctus dicitur donum ex processio-
 ne, qua procedit a patre et filio.
 3. Spiritus sanctus ut datus refertur ad diuinas
 personas et ad intellectualis creaturam, cui
 donat.

†
 ex qua tamen dicitur
 esse conclusio in qua
 eius feresima consus-
 tit que talis est
 Spiritus sanctus ex dupli-
 ci processione dicitur do-
 num ab eterno, et da-
 tum temporaliter, ut
 datus autem refertur ad
 dantem, et ad creaturam
 cui datur.

Dubia Literalia

Sive expositio textus

1

circa illa verba capitis quarti in medio
 (Relatio ^{non} apparet in hoc nomine spiritus)
 dubitatur. videtur enim dicere falsum, quod
 spiritus dicitur quod spiratur, ergo refertur
 ad spirantem, ergo apparet in eo relatio.
 Item videtur quod magis appareat, quod in hoc
 nomine donum, quod relatio dicitur, quod
 hoc ipsum, quod sunt aliorum sunt sed spi-
 ritus, eo quod spiritus habet esse a spirante
 donum vero non oportet quod habeat esse a
 donante, ergo non videtur in hoc tantum
 apparere relatio. R. Dicendum, quod tam-
 donum quod spiritus dicitur relative. Sed tam-
 en relatio magis apparet in hoc nomine
 donum, quod in hoc nomine spiritus, quod donum
 semper dicitur respectum ad dantem, spiritus
 autem non immo potest accipi absolute. Vel
 aliter dicendum, quod Augustinus non dicit quod
 relatio non apparet in hoc nomine spiritus
 sed quod non apparet in hoc nomine spiritus san-
 ctus, quamuis enim dicitur esse spiritus spira-
 tor, non tamen dicitur esse spiritus sanctus spi-
 ra

metrice sic
 spiritus ab eterna do-
 num est ab origine quod
 quod. Itaque tempore elapsu dicitur
 esse datus

ratius. Ad illud quod obicitur quod spiritus sanctus magis dicitur habere similitudinem respectu
 uentem esse, quod donum. R. quod uerum est
 in his quibus accedit donum; sed in spiriti
 bus sanctis, quod idem est, quod donum non habet
 locum ista obicitur.

Circa illa verba capitis sexti in principio
 filius nascendo accepit non tantum ut fi- 7
 lius sit ~~ut~~ sed ut sit ipsa substantia. Dubi-
 tat et arguit contra quod in omnibus, quod fi-
 lius inest patri per naturam distinguitur
 filius a patre, quod naturam est proprietas
 distincta, ergo si filius nascendo accepit
 ut sit essentia uel substantia, ergo pater
 in substantia distinguitur a filio. Item
 quod filius nascendo accepit, siue quod filius est
 nascendo est natum, ergo substantia est
 nata, si filius nascendo est substantia; om-
 ne enim, quod nascendo accepit a natu-
 rate habet ortum. R. tamen dicendo
 quod aliqui dixerunt istam locutionem
 filius nascendo est diuina substantia siue
 deus, quod gerundium potest dicere esse mita-
 trari; et sic simpliciter est uera, uel causa
 esse multiplex, quod cum dico filius est deus
 siue diuina substantia tria dico, scilicet
 subiectum, compositionem, et predicatum.
 potest ergo sic gerundium nascendo, dice-
 re causalitatem respectu subiecti, uel respec-
 tu compositionis, uel respectu predicati: si
 respectu subiecti, tunc est sensus filius nas-
 cendo est, uel est qui est filius nascendo, uel
 qui nascendo habet ut sit filius est deus, et
 sic est uera; si respectu compositionis, sic est
 sen.

Sensus, filius est deus nascendo, id est hoc predicatum convenit subiecto per naturam, et sic ad hoc est vera locutio. Si respectu predicati, sic est sensus filius est deus, sine substantia divina nascendo, ita q. nasci, sine naturas sic principium aut origo deitatis. Et in hoc sensu est falso, magister tamen istam locutionem non distinguit, sed simpliciter concedit, et satis probabiliter, quia nam predicta distinctio non videtur habere radicem. Cum enim gerundium natum sit, determinare compositionem, quod omnino nihil est dicere homo nascendo, et huiusmodi, et cum compositus predicati, sine essentia, sine omnium qua attribuitur filio conveniant subiecto per naturam, ideo habet veritatem. Nec valent objectiones in contrarium adducte, quod naturas non distinguit illud, quod per naturam habetur sine quod est in nascente. Sed enim solum, quod nascitur, et proinde non sequitur, quod substantia sit distincta, nec quod ipsa nascatur, quamvis per generationem habeatur.

3 Contra illa verba capituli septimi post medium (nec filius naturas essentialis est) arguitur quod si nascendo est essentia, pari ratione et naturas, et hoc videtur ex auctoritate Hilarii in littera. Sed Rr dicendum, quod absque dubio ista est distinguenda, filius naturas est divina essentia, quod latius potest construi in ratione forme, vel in ratione principij. Si in ratione forme, sic est falsa, quod naturas non est causa formalis respectu predicati essentialis; si in ratione principij, sic habet veritatem, quod omnia quae conveniunt filio conveniunt ei per naturas originem, sed magister quod accipit gerundium in ratione principij, ideo cum gerundio simpliciter concedit.

dit. Et quod accepit ablativum in ratione for-
 ma ides cum ablativo simpliciter negat, ma-
 gis enim inducat secundum usum loquendi
 quod secundum virtutem sermonis.

circa illa verba eiusdem capituli septimi pro-
 pefinem (non enim ut ait Hilarius. s. detri-
 per defectum, aut protensionem, aut deri-
 uationem ex deo deus) quod quomodo dif-
 ferunt illa tria. R. q. quidam dicunt. q.
 per defectum producit aliquid de mate-
 ria per forma preexistentis corruptionem
 sicut ex grano frumenti herba. per proten-
 sionem producit aliquid ^{per} de preexistentis for-
 ma permanentiam et inductionem formae
 artificialis, sicut vas fit de argenteo. per de-
 rivationem quod producit per preexistentis
 forma permanentiam sola localis mutatione
 ut rivus ex fonte. et lacus ex rivis. Ali-
 ter potest dici q. materiale principium ex
 quo res est aut est materiale ^{et} aut transiens
 formaliter et sic est defectus; aut est mate-
 riale et permanentis, et sic est protensio; aut
 est materiale et permanentis et agens, et sic
 est derivatio. et horum exempla summa
 manifesta.

Contra illa verba capituli decimi in medio
 (aliquid est enim quod accepimus ut essemus
 aliquid quod accepimus ut sancti essemus) for-
 quod quod sicut sine spiritu dei non possumus
 sancti esse, ita necesse est q. spiritum sanctum
 acceperimus non tantum ut essemus sancti.
 Sed etiam ut essemus. // R. ad hoc possedim

istud

Aliud dictum esse per appropriationem quam
uis enim a spiritu sancto habeamus esse, et
sanctum esse. appropriate tamen habemus
sanctum. et ides non sic accipi dicitur in nos
tri esse productione sicut in sanctificatione.
Aliiter etiam potest dici q, sicut dare ordi-
nat ad habendum, ita et accipere, et quod
Ius habet spiritum sanctum, quantum cum
q, spiritus sanctus operet in eo. nisi qui es
frui potest. Et omnis talis est sanctus. ides
spiritus sanctus non dicitur quando dari, nec
accipi, nisi sanctus et a sanctis

6 circa illa verba capitis decimi prope fine
(collam de spiritu tuo et dabo eis) dubitat,
q, hoc non potest dici quantum ad substan-
tiam, ergo quantum ad effectum sive grati-
am, ergo videt q, transferat ab uno in alio
si dixeris. hoc esse dictum per conformitatem
obicit q, pari ratione posset dici, q, tolleret
de spiritu aliorum, et daret moysi. R. dicitur
dum, q, illud intelligit de spiritu quantum
ad effectum. Et hoc prepositus, de, importat
conformitatem simul et partialitatem, sed
non quantum ad partem conferentem, vel
continentem secundum veritatem, sed secun-
dum proportionem, quoniam effectus spiritus
sancti, multo magis abundavit in moyse q, in
alijs. Sic quod aliquasi partem gratia sue
viderent habere, et dicit collam, quantum
ad sollicitudinem, quod cum dona spiritus sancti
alijs sunt communicata sollicitudo Moysi est di-
minuta, et pars illius sollicitudinis est alijs

missa -

De materia huius distinctionis agit d. Tho-
mas 1. p. 2. q. 33. ar. 1.

Circa hanc distinctionem que
est de veritate conclusio-
nis ipsius?

Pro hac questione conscribenda sume tibi
quinq; articulos. questionis. quam huc
motet. d. Thomas. et ex eis quin-
q; prima singulorum argumenta conne-
te per ordinem. Sic.

Primum q. donum sit nomen essentiale
2. q. dato nomen essentiale non tamen
est proprium spiritus sancti.

3. q. per donum quod est spiritus sanctus
deberent dari omnia dona. sed arguitur
ut ibi. quod non dantur.

4. q. eadem processione habet spiritus
sanctus q. esse donum. et q. sit deus. sed q.
non habeat Arguit. ut in 4. articulo.

5. q. si esset donum posset dici donum
nostrum (quod videtur inconueniens) q.
autem posset dici probat in articulo 5.

Sed Incontrarium est auctoritas Mag-
istri. et doctorum est.

Statuare. quinq; notabilia. quinq; con-
clusiones iuxta ea probataq; argumenta. Sed
Contra

contra / Et in Responsionibus argumē-
ty excitentur quæstiones quas singula de
posuerunt, cum argumentis, et solutionibus
earum. ex eisdem articulis de sumptis.

quæ tamen quinque supra dicti articuli nisi
aliquid eis addatur forte non erunt satis ad
lectionem oppositionis componendam sume-
tib; et adnecte eis duos alios articulos de
sumptis ex prima parte angelici doctoris -
primum scilicet articulum quæstionis
36. Vtrum nomen spiritus sanctus sit p-
roprium ^{alicuius personæ} ~~tertiæ personæ~~? et primum articu-
lum. quæstionis. 37. scilicet Vtrum amor
sit proprium nomen spiritus sancti. Et
his duobus (predictis quinque articulis) an-
nexis. quod minime erit difficile. fiet quæ-
stio sufficiens. et varia -

Faint handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, covering the majority of the page.

175

186

125

Lib. 1

Distinctio decima nona, quae
incipit. nunc postq̄z eternitate

Postq̄z magister egit de diuinarum per-
sonarum distinctioe, et origine, inci-
pit in hac distinctioe agere de earum
equalitate. Et diuidit in tres partes
In prima ostendit quid requiratur ad equa-
litatem in communis a principio usq̄z ubi
sed iam nunc ad propositum. In secunda
subdit applicationes illorum ad personas
diuinas usq̄z ubi sciendum est ergo. In
tertia infert ex dictis conclusionem intē-
tam usq̄z ad finem distinctionis, quae in epy-
thymen redacta sic habet

Equales sunt diuinae personae, nec se inui-
cem excedunt in eternitate potentia et
magnitudine, quae licet diuersimode no-
minentur sunt tamen eadem essentia.

Hinc ex illa consubstantialitate una per-
sona dicitur esse in alia, nulla ergo est in
diuina personis essentialis diuersitas seu
differentia scilicet nec partium in integra-
tum, quae situualiter diff. secedunt in to-
to in integrum, nec subiectiuarum quae lo-
caliter separantur sub toto vniuersali, nec
materialium quae ~~habent distinctam ma-~~
~~teriam, nec formalium, nec materialium~~
~~nec formalium~~, quae conueniunt in una
materia ut duo aquae, nec formalium quae
conueniunt in una forma, sicut duo homines
eiusdem complexus dicuntur esse eiusdem

pater in filio et filius
in patre et spiritus
sanctus in utroq̄z et
singulus in singulis
vide Augustinus de
fide ad Petrum aut
propter unitatem na-
turalem totus pater
in filio et in spiritu sa-
cto est totus quod spi-
ritus sanctus in patre
et filio est, nullus tamen
extra quemlibet ipso-
rum est, et ad idem
est. Hilarius illud
quod dixit dominus
ponderans ego in pa-
tre et pater in me est
et Ambrosius similiter

per vigi-
nti capi-
ta

na

ed

id ipsum prosequitur
quod nisi per se
assequi non uale
mus. unde est illud
prophetarum nisi crede
ritis non intellige
tis.

quod fuit equus et
bos sunt animalia

naturae. non integralium, quia nec in ea
dem diuina persona pluralitas attributo
rum talem compositionem causat. Non
subiectiuarum, quia essentia unica et sim
plicissima cum sit nec tanquam genus in su
is speciebus, nec tanquam species in indiuiduis
multiplicari potest. ac proinde nec in nu
mero plurali de personis predicatur, neque
enim dicimus quod pater et filius sunt esse
bestiae. Sicut dicimus quod Petrus et Paulus sunt
Seminet. Neque partium materialium
quasi essentia sed sicut materia in parte
nis quod ~~est~~ in his quae constituntur ex ma
teria plus materia est in pluribus equa
les ponderes quam in uno aut in paucioribus
N. g. plus auri aut argenti in pluribus
uasibus quam in uno aut in paucioribus. Sed
in tribus aut duabus personis diuinis
non plus reperitur de diuina essentia quam in
una earum. ergo. quod uero nec sit diffe
rentia partium formalium etiam patet
quod cum aliquae conueniunt in aliqua pro
prietate formali N. g. in complexione
magis sunt duae quam unus. quod in trinita
te personarum locum non habet.
quod si Damascenus insinuat essentiam
diuinam habere se uel totam communi et
uniuersale ad personas. Secundum quan
dam similitudinem explicari potest. neque
enim tres diuinae personae differunt pro
pre

prae numeris Sicut Sortes et Plato quos
 rum alter non est illud unum quod aliq
 quamvis differant in numerando et a se
 invicem sic discernant q dicitur pater
 est unus. Pater et filius duo est. A
 ex his patet q tres divinae personae non sunt
 maioris deitatis sicut nec veritatis, nec ma
 gnitudinis, qz una neqz una minoris qz
 omnes, sed qziales sunt deitatis, et eadem de
 itas. ex quo etiam sequit q quamvis deus
 trinus sit non tamen triplex dici debet
 ubi est triplex ubi duo plus qz unum, et
 tria plus qz duo. Et facterius de littera
 distinctionis, quam magister Lacinus pro se
 quit inductis auctoritatibus precipue A
 ugustini. lib. 7. de trinit. cap. 1. et de fide
 cap. 1. et Hilarij 3. de trinit. Mattheo. 19. c. 10.
 et Augustini. lib. 3. de trinit. cap. 1. psalm. 100.

propter similitudinem
 ergo predicatorem sub
 tantiam dei dixit uni
 versale, et personas par
 ticulares vel individua
 et ob hoc idem dixit divi
 nam essentiam esse spe
 ciem communem, et circui
 plethnam similitum spe
 cie personarum.

ubi est triplex
 ubi est summa unitas et
 indifferens et qualitas.

Joannis. 14. 1. et 13.
 Augustini. contra maxi
 c. 10.

Joannis Damasceni
 Hilarij. 4. de trinit. Mat
 theo. 11. Isai. 7. Augusti. lib
 6. de trinit. c. Ultimo.

ex qua tres eliciunt conclusiones in quibus
 ista consistit. 1. personae divinae quae ad
 eternitatem, magnitudinem, et potentiam
 sunt aequales.
 2. divinae personae nullatenus essentialiter
 distinguntur.
 3. omnes tres divinae personae simul non
 sunt maiores deitatis qz singulis, nec singu
 lae minores qz omnes.

ex qua ~~trinitas~~
 elicit conclusio in
 qua eius fere summa
 consistit. quae talis est
 Tres divinae personae
 in attributis essentia
 et deitate aequales
 essentialiter sunt de
 metrice sic

Dubia Literalia Sive t. exp.

circum Initium et primam partem istius

Per negat aequales per
 sonas divinas ex his
 quamlibet circum
 per negat esse parum.

vel ista
 turpem
 bus -

1

Determinationis dubitat. Primum de situ
 Suius partis. cum enim unitas in subs-
 tantia faciat identitatem. Unitas in
 quantitate & qualitate. Unitas in qua-
 litate similitudinem paritatem vi-
 detur q. deberet determinare Magister
 de identitate et similitudine. q. si de his
 non determinat videtur q. nec de equali-
 tate deberet facere specialem tractatum.
 R. dicendum q. ostensa perfecta equali-
 tate, ostenditur q. omnimoda sit in natu-
 ra identitas et similitudo. Fides deter-
 minata & qualitate non est opus de a-
 lijs determinare. Magis de equalitate
 determinat propter huiusmodi extirpan-
 das arrianorum, maxime potentium
 in equalitatem indivisum ac proinde
 difficilior et utilior circa hoc versatur
 disputatio.

circa illa verba in initio primi capitis
 (coeternitatem trium personarum) du-
 bitat. videtur enim falsum q. coequalitas
 consistat in coeternitate q. magis-
 ter dividit coeternitatem contra equali-
 tatem. ergo si ab ea distinguit quantum
 ad coeternitatem non attendit equalitas.
 R. dicendo q. equalitas perfecta in his
 tribus consistit et dividit coeternitatem
 contra equalitatem. quantum ad alia
 duo membra scilicet magnitudinem &
 potentiam -

3 contra illa verba in principio capituli secū
 di (omnialius magnus et alius deus sed es
 magnus quod deus est) arguit qd alius est
 deus et alius pater, ergo et alius est deus et
 alius magnus. Si dicas qd quantitas transit
 in substantiam. relatus non. contra. Aug.
 ustinus loquitur de formali predicatione
 sed constat qd formaliter loqueris sicut is
 ta est falsa deus est magnus deitate. uel
 deus est magnus magnitudine. sic et ista
 pater est magnus. R. dicendum qd quā
 uis secundum rationem querendi uel intel
 ligenendi a parte nostra magnitudo in diuinis
 dicat per modum quantitatis. et deitas per
 modum substantie tamen a parte rei nul
 la est omnino differentia. nihil enim de
 magnitudine dicitur quod non dicat de
 substantia. in relatione autem pater
 nitatis non est ita aliquid enim predicat
 de paternitate quod non potest dici de es
 sentia. sicut distinguere. Et distinguere.

4 contra illa verba capituli secundi circa
 medium (in generatione et generationem
 amittit) arguit qd in eternitate nulla
 cadit uariatio. ergo cum annus uariatio
 nem annexam habeat non debet trans
 ferri ad eternitatem. Item in illa eter
 nitate est omnimoda simplicitas. et im
 partibilitas. ergo non debuit pluraliter
 dici annos. R. qd iuxta modum nostre
 infirmitatis. intellegimus diuinam trinita
 tem

tem, uel eternitatem, et nominamus quoniam
 nam annus diei completam temporis reuolu-
 tionem secundum decursum solis in zodi-
 acis, et regressum ad eundem punctum, et diuina
 eternitas est perfecta et duratiores ceteras
 circumplectens, ideo ad ipsam transtulit scrip-
 tura nomen anni. Rursus quia interminata
 et a parte ante, et a parte post, ideo non an-
 num dicit, qui terminum habeat, nec gene-
 rationem singulariter, sed pluraliter annos
 et generationes similiter. Ratione ergo per-
 fectionis, et interminationis transtulit
 non ratione uariationis.

contra illa uerba in medio capitis secundi
 (est ergo generatio generationum) arguitur
 quia uidetur innuere quod in generatione sanctorum
 sine anni dei eternitas, quod duratio sanctorum
 est finita a parte ante, sed eternitas dei est
 infinita a parte ante et post, ergo sancti non
 sunt in illa. Item quomodo essendi in, est
 generatio sanctorum in illa, sicut mensura
 non, quia dei eternitas solius dei est mensura
 si secum causa in effectu. Sicut modo est in ceteris
 creaturis. Rursum dicendum illud uerbum non
 est dictum per comensurationem, neque per
 equalitatem, sed per conformitatem, et
 conformitatem, quoniam generatio sanctorum
 a parte post durat in infinitum, et durat
 etiam sine uariatione, ideo illam simam
 eternitatem, in quantum conuenit. Et ei ex-
 presse conformatur et ideo sic exponitur
 Sicut psalmi beatus Augustinus in generatione
 et generationem annorum, sicut in generatione
 interminata, quae est generatio sancti, sicut
 sancti sunt illa generatio, et quae in perpetuum
 durat.

durat. Et ex multis generationibus sume ad
lecti.

6 contra illa verba in initio capituli quinti
(Pater dicit esse in filio. et filius in patre etc.)
Arguitur. quod si quidquid est in deo deus est prop-
ter summam simplicitatem ergo quidquid est
in filio est filius. ergo si pater est in filio pater
est filius. R. dicendum quod non est simile. quod
cum dicitur aliquid esse in deo. hoc prepositum in
hoc dicitur distinctionem essentialem. et sic non
quidquid est in deo est deus quod non in deo iura-
mus, invocamus. et sumus. aut nullam dicitur
distinctionem. nisi secundum modum intelligen-
di. Et hoc ponit omnimodam identitatem
et ideo sequitur quod sic deus. quod est in deo. sed
cum dicitur de persona. hoc prepositum in dicitur
distinctionem personalem. et una persona de
alia non predicatur. ac proinde patet quod non est
simile.

7 circa illa verba post initium capituli quinti
(nec exemplum aliquod rebus divinis compara-
tio humana prestabit) dubitatur. quod imago est
expressa similitudo. et vestigium est in omni
creatura. ergo videtur quod exemplum sit in omni
69. R. dicendum quod est exemplum exprim-
ens perfecte. et omnino consimiliter. et tale
nullum est in creaturis. quod imago et cetera
creatura plus habent de similitudine quam
similitudinis. et est exemplum aliquo modo man-
ducens. et sic multa sunt. et ex multis collige-
rentur. nec tamen omnino perfectum.

8 contra illud etiam post initium dicitur capituli
quinti. (quod non intelligibile est homini deo
possibile est) arguitur. quod anima nostra quodam
modo est omnia. et intellectus noster non est
intelligit quin plura possit intelligere. R.
dicere

dicendum q. possumus loqui de intellectu comprehendente. et sic non est verum q. omnia intelligere possit. qz nec deus, nec aliquid dei est comprehensibile nobis qz est omnino infinitus. et possumus loqui de intellectu apprehendente. et sic dupliciter aut in ratione possibilitatis. et sic cupientis. et sic omne quod potest fieri potest intelligere qz possibile est ad intelligendum. aut in ratione agentis. et qz non habet lumen tantae potentiae q. possit super omnia. scilicet presentia et futura. quoniam multa sunt contra eius iudicium. Sic non est omnium

Contra illa verba in medio capitis quinti (nam si partem eius qui genuit accepit. necesse est perfectus est) arguit qz homo perfectus generat filium perfectum. et tamen non dat ei nisi partem. R. dicendum q. est perfectio simplex et perfectio in genere. perfectio in genere bene compatitur secum dationem et receptionem partis qz in dante supplet per restorationem. in accipiente per augmentum et additionem. sed perfectio simpliciter non patitur secum restorationem. neqz additionem. Et quoniam in deo perfectio est simpliciter. id est si daret partem in deo remaneret defectus. et similiter in accipiente

Contra illa verba post medium eiusdem quinti capitis (non per duplicem convenientiam generum convenientiam est) arguit. qz aut tangit modos essendi aut generandi. non essendi qz multi plures sunt qz isti. neqz generandi ac per consequens in utroqz modo est insufficient

R.

10

Primum secundum quosdam, quod Hilarius assignat
 de his modis generationis qui sunt increatu-
 ris, ut excludat eos a filiis, sed non assignat
 nisi duos modos, quod non loquitur nisi de genera-
 tione vivis vivens autem generabile dividit
 in vegetabile et sensibile. Et secundum illud
 duplex genus duplex est modus generandi, quod
 tanquam Hilarius nam animalia generant
 per coniunctionem maris et femine et plantae
 per insertum, et primum tanquam cum dicit non
 per duplicem convenientium generationem
 quod masculus et femina sunt duplicis generis
 quantum ad sexum, et tamen convenientes
 sunt quantum ad formam, et materiam. Secun-
 dum modum tanquam cum dicit, nec per insiti-
 nam naturam capacis substantia mutata
 sicut surculus insertus arbori, sed per naturae
 unitam similitudinem, id est similitudine omni-
 no in natura differente.

Aliter potest dici, quod Hilarius non loquitur de
 modo generandi, sed loquitur quomodo pater
 sit in filio, et excludit modum essendi in, quod
 creatura dicit esse increatura secundum mo-
 dum usitatum ad quem modum concurrunt du-
 plex conditio creaturarum. Prima est quod ad
 naturam diversitatis. Secunda est continentis
 capacitas, et has excludit ab illo modo existen-
 di, qui est indivisus per illa duo quae dicitur, quod si
 suus est in patre non per coniunctionem duorum
 generum, neque per insitivam capacitas subs-
 tantia naturam. Et hoc patet per litteram Hila-
 rij quoniam immediate subiungit in origina-
 li et magister omittit, quod inquit Hilarius per
 corporalem necessitatem exteriora fieri his qui
 bus continent interiora non possunt, vult quod
 illud est impossibile in creaturis corporalibus, quod
 in eis sint inserti, sicut pater est in filio, quod
 propter corporalem necessitatem et imperfectio-
 nem

nem interiora non possunt fieri exteriora
his quibus continentur ut si aqua est in vase
dum est intus non potest fieri extra et ita non
continetur vas ut vas sit in aqua.

circa illa verba eiusdem quinti capitis ultra
medium (cum naturam dei non degenerat
timitat) quærit quid sibi velit magister quod
tantum indeo. sed et increaturis pluribus non
degenerat. R^o dicendum quod degenerare est
extra genus generantis exire. exire autem ex
tra genus generantis est aut quantum ad for-
mam communem et naturam. et sic est degenera-
tio in quibusdam sicut equus ex asina generat
burdonem. et asinus ex equa mulum videlicet
suis degenerat. alio modo degenerare est pro-
prietates generantis relinquere retentam natura
sicut filius qui generat ex patre rubus et pul-
ch^{us} est rufus et turpis. Tertio est degenera-
re naturam generantis relinquere non per
dissimilitudinem sed per diversitatem et hoc
modo omnis creatura creata degenerat quia in
omni creatura generans est aliud a generante
et in sola divina generatione degeneratio
est quia nihil nascitur novum, nihil addit alie-
num. et ideo generans a generante in substā-
tia non separatur ac proinde illa sola generatio est
nobilitissima.

circa illa verba in medio capitis citati-
(Oret ut quod credit intelligat) dubitatio
videtur enim in propriis quibus quod nullus orat
quod non desiderat. quod non cognoscit. vel
intelligit. Item nullus assentit rei quæ
mente non intuet sine conceptu. ergo nullus
assentit rei quam non intelligit quia intelligere
est mente intueri. R^o dicendum quod in-
telligere dupliciter dicitur. uno modo prout

idem est quod cognoscere aliquid quod per
 non manducit. Alio modo prout idem est quod
 ratione apprehendere. Primo modo antece-
 dit ~~manifestam~~ quae est ex auditu. Secundo mo-
 do consequit quod nullam rationem humanam sufficit
 ad manifestanda credibilia nisi intellectus fi-
 de illustret et captuet.

13 Contra illa verba circa medium capitis ~~non~~
 decimi ^{sexti} dicunt quod aliqua differre nume-
 ro quae in enumeratione siue computatio-
 ne sibi inuicem non adiungunt. Arguitur quod
 illi computationi aut respondet aliquid in
 re aut nihil. si aliquid respondet ergo non
 differt a precedenti differentia. si nihil respo-
 det ergo distinctio siue computatio nostra
 super vanum fundata est. Respondet quod
 computationi nostrae cum dicimus unus duo
 tres aliquid respondet. sed illud non est diver-
 sitas numeralis sed distinctio personalis. Un-
 de indiuisus non dicitur esse numerus nec
 differentia secundum numerum, nisi adda-
 tur secundum numerum personarum qui
 dicitur distinctio in hypothesis non
 in natura. ides quamuis dicantur tres perso-
 nae tamen non est ibi ternarius sed trinitas

14 circa illa verba in principio capitis de-
 cimi ^{noni} ~~quarta~~ (cum deus dicat unus non ta-
 men debet dici triplex) dubitatur videtur ete-
 nim esse contra illud quod dicitur sapientiae
 septimo spiritus sapientiae est multiplex et
 quod duplex vel quadruplex est. Item ~~trito~~
 nus dicitur quod trinitas est multiplex et nume-
 rabilis. Item ratione videtur quod parrusinus
 in substantia duplicatus duplex dicitur, triplica-
 tus

tus triplex. ergo si una est substantia in tribus
 Hypostasibus uideatur triplicari in eis, et triplex
 dici. R^o dicendum q^d distinctio personarum
 non potest significari per additionem termini
 numeralis ad hoc nomen deus nisi huius
 nominis. Trinus quod specialiter ad inuen-
 tum est ut significet pluralitatem in suppo-
 sitis cum unitate forme. q^d ergo hoc nomen
 triplex dicit distinctioem simpliciter inter
 minus cui addit uel quantum ad formam uel
 quantum ad partium multiplicationem
 que non cadit in deo nec quantum ad formam
 nec quantum ad partes. ideo nullo modo potest
 dici triplex. quod autem obicit q^d dicit mul-
 tiplex ^{trius} intelligendum est causaliter q^d scilicet
 multorum. et uariorum donorum uel dicto-
 rum effectuum principium est, in quibus est
 uera diuersitas non in personis. et quod dicit
 uisidorus improprie dictum est. et exponendum
 sane. Ad illud de partibus q^d idem dicit multi-
 plex R^o q^d uerum est. sed tamen secundum
 alias et alias partes et q^d in deo non est abe-
 tas partium. nec forme. ideo minime potest
 dici triplex.

Contra illud caput ultimum in initio (in re
 bus enim corporeis non tantum est una qua-
 tum tressimul) arguit q^d ignis cum ferro
 est maior q^d ferrum per se. sicut lux cum aere.
 Si dicas q^d non sunt corpora. obicit q^d corpus glo-
 rificatum simul est cum non glorificato et tan-
 tum locum occupat non glorificatum per se
 quantum cum glorificato sicut glorioso. ergo
 non sunt maior. q^d corpus maior maiorem occu-
 pat locum. R^o q^d Augustinus loquitur de rebus
 corporeis quarum quolibet est corpus. sed ignis
 in

inferro. Lux in aere non est corpus sed pro-
prietas corporis. Præterea notandum
Augustinus non accipit ibi maius extensi-
ve sed accipit plus quantum ad veritatem
existentiam vel essentiam. cum enim non sit
Summa veritas in qualibet re plus est de ve-
ritate existentis in duabus rebus quàm in una
quàmvis ibi non sit plus de latitudine distan-
tia siue extensivæ magnitudinis vel ca-
pacitatis continentia.

De materia. Suius distinctionis tractat
d. Thomas . 1 . p . q . 42 ar . 1 . et . 5 . et q . 10
ar . 2 . 4 . et 5 . et ibi ipsius interpretor -

~ circa hanc distinctionem
est questio de veritate con-
clusionis ipsius?

Pro hac ergo componenda questione
sume tibi tres articulos questionis
decima, primæ partis. et ~~quatuor~~
~~articulos questionis 42 eiusdem pri-~~
~~mae partis. scilicet primum, secun-~~
~~dum, quartum et sextum.~~ et ex his
addis articulos eo ordine quos eos tibi
numeros de sume ~~ad~~ argumenta
principalia. prima nimirum argumen-
ta eorum. Sic.

primum scilicet.
secundum . 3 . et
4 .

Primum. quod veritas nihil est cum
sue interminabilis vitæ esse. possessio -

2. q. dato sic. des tamen competere
non videt. 11

3. q. dato conveniat des non tamen
est proprium ipsius.

4. q. superflue videt assignari
cum non differat ab quo, et tempore

Sed Incontrarium est auctoritas
fidei etc.

Statue igitur quattuor notabilia ex
quattuor corporibus articulis. de
inde quattuor eorum conclusiones
notabilibus conformes probatas con-
gruentis sed contra.

Deinde solutiones argumentorum pri-
ncipalium cum difficultatibus quas
deposuerunt argumentis et solutioni-
bus singularium. et quoniam hae non
erunt satis.

Confice secundam questionem. scilicet
Utrum in personis divi-
nis sit equalitas?

Et sume quattuor articulos questio-
nis. 42. dicitur primae partes. scilicet pri-
mum, secundum, quartum, et sextum
ex quibus desumes quattuor primo
argumenta sic. Primum

Primum q. in diuino non habeat loci
equalitatem.

Secundum q. dato haberet locum per
sona procedens non potest esse equalis
suo principi.

3. q. licet illud admittat non pote
rit esse equalitas secundum magnitudi
nem.

4. q. licet esse equalitas secundum
magnitudinem, non tamen filius po
terit esse equalis secundum potentiam.

cetera ut supra ~ consule semper
primam questionem in fronte ^{huius} primi
libri positam. Si forte ordinem quem
perscribimus non perfecte intellexeris.

Distinctio vigesima quae incipit

Nunc ostendere restat. etc.

196

Postquam magister in precedenti ostendit //
 qualitatem magnitudinis divinarum per
 sonarum in essendo, agit in presenti distinc
 tione (quae septem capitibus absolvit)
 de aequalitate potestatis earumdem in o
 perando. Et dividit in tres partes secu
 dum tres rationes, quibus probat intentum
 Prima pars est a principio distinctionis us
 que ubi. Item alio modo probat. Secunda us
 que ubi. Tercia autem per similitudinem. Tertia
 us que ad finem distinctionis, quae in episto
 men redacta sic habet.

Aequales sunt etiam divina persona poten
 tia, ut aut non maiorem potentiam habe
 at pater quam filius, quod probat primum ex
 eo quod Christus dominus dicit omnia quae ha
 bet pater mea sunt, at omnipotentiam
 habet pater, ergo et filius. Secundo pro
 bat, quod si pater non genuisset filium in
 potentia sibi aequalem, aut esset quod non
 sunt, et ita esset invidus, aut quod non pro
 ducit, et ita esset impotens, quorum ne
 utrum de deo dici potest. Tertio idem
 probat quod in humano pater quanto po
 test generat filium sibi aequalem, immo
 et maiorem potentiores et meliorem si
 possit, idem autem nihil potest esse maius
 potentius aut melius, ergo filius erit in
 divinis patri aequalis. Neque enervatur
 Sacrum probationum, quod Gregorius di
 cat

cat. q. filium habere quod quid habet
 pater non tamen cum tanta plenitudi-
 ne, id enim refellit Augustinus ex euan-
 gelio textu Ioan. 17. omnia deo mihi
 pater. ergo cum equalitate plenitudinis.
 neq. contra secundam probationem ad-
 ductam facit q. hereticus dicat. patrem
 eo ipso esse potentiorum filio. q. potentiam
 filio dederit. Sane enim responsionem re-
 fellit Augustinus ex eo q. pater uel dedit
 filio potentiam equalem uel non. si sic ergo
 est eadem pars quae pater omnipotens, si non
 iam non omnia quae sciet pater sciet filius
 Similiter excludit responsionem quam pos-
 set hereticus afferre contra tertiam pro-
 bationem adductam dicendo scilicet q. ex
 hoc ipso q. filius est a patre non potest ei esse
 equalis. Sane autem sic refellit cum Aug-
 ustino. q. equalitas et inequalityas atten-
 duntur secundum quantitatem, et non secun-
 dum relationem, sed in hoc q. dicimus filium
 a patre esse non designamus nisi relationem
 originis ergo in hoc non designat in qua-
 litate patris ad filium. erit ergo filius pa-
 tri equalis, neq. impedit q. pater filium ge-
 nuit. q. filius nascendo eandem naturam
 ab eo accepit. Et sic de littera distincti-
onis, quam Magister latius prosequitur in

Inductus auctoritatibus precipue. Joan. 16 et 17
et Augustini contra Maxim. lib. 3. cap. 7. 12. et. 14. et. 15. et. 18

Ex qua ~~unice~~ ^{conclusus} in quatuor
ta eius summa consistit. Scilicet.

Pater filius et spiritus sanctus successiva
ter in potentia. **Dubia Literalia**

metrice sic
nequaquam est alijs per
sona potentior una.
quod ratio perhibet
quod prescripta do
cent.

1 circa illa verba in principio capituli
curre. Omnia que habet pater mea sunt
dubitat. quod ex litera format primaratio
quod aliqua personarum non excedit aliam in
potentia tali modo. omnia que pater ha
bet habet filius. ergo quantum potentiam
habet pater habet et filius. istud argumē
tum nihil videtur valere. quod mutat quid
in quantum. namque omnia distribuit pro
substantia. quantum autem dicit quan
tatem. Et quod quamvis talis modus ar
gumēti non valeret si differret quantitas
et substantia. tamen ubi idem est omni
modum habet necessitatem et quod hoc est
indivisum. idem argumētum bonum est.
Postea tamen dicit quod productum argumen
tum in qualibet materia est bonum. ha
bere enim videtur aliquis substantialia
sed etiam proprietates. ergo sequitur cum
omnia distribuat pro omnibus habetis quod
habeat etiam proprietates. ergo cum nul
lam potentiam habeat unus. quam non
habeat alter. nihil potest unus. quod non
potest alter. ac per consequens si unus est
omnipotens et alter. et ita patet quod huius
est figura divisionis. quod per omnia. Sic distri
buit pro rebus omnium generum

contra illa verba capitis secundi circa me
 dicum (non enim qui accipit potest iniqua
 sus esse ei qui dedit) arguitur quod sequitur
 quod quod omnis creatura accipit a deo nulla
 possit ei esse inaequalis. Hoc autem falsissi-
 mum esse non ambiguit ergo est primum.
 R^o quod Augustinus non loquitur generali-
 ter et de quo libere accipiente. Sine de quo
 libere modo. Sed de eo qui accipit omnia dan-
 tis et talis non potest esse inaequalis.
 circa illa verba prope medium capitis quod
 vinti (si autem non potuit ubi est omni-
 potentia dei patris) dubitat. ex littera et
 non formae secundum rationem ad idem talis
 modo. Si pater non potuit generare filium
 equalem ergo pater non est omnipotens
 et videtur male arguere. quod similiter potest
 argui de filio. et spiritu sancto si non pot-
 uerit filium equalem producere ergo est
 R^o quod generatio non competit nisi in po-
 tenti patris sicut alibi talis est. et ideo
 non valet nec est simile. Item dubitat
 de alia parte rationis quod illud argumen-
 tum nihil videtur valere potuit producere
 equale. et non produxit sicut genuit ergo
 invidiosus fuit quod similiter posset argui. po-
 tuerat istam creaturam producere meliorem
 et non fecit ergo invidiosus. Si deas quod in vi-
 dia semper considerat parem vel superio-
 rem. sicut dicit gregorius super illud Job
 parvulum occidit invidia. obicit quod si
 siam genuisset minorem locum tunc non
 habuisset invidia. ergo solutio data est in-
 sufficiens. Item in creaturis non valet
 iste artifex potuit sanctorum facere meliorem
 et

et non refertur ergo est invidiosus quare et
 ergo non tenetur et in des. R. q. invidia
 artificis non attendit in productione rei
 iniquitatis vel minus bona. sed ubi res de
 sui natura exigit talis esse. tunc enim
 necessarius concludit q. aut producent
 non potuit. aut invidit si potuit et non
 produxit. q. non refertur ut debuit. Et quod
 nam filius ex ipso quo filius est natus est
 perfecte imitari generantem si non genuit
 ut filium in perfecta imitatione concludit
 et q. aut producent impotens fuit. aut in
 vidit et sic patet q. non est simile de crea
 tura et creati. circa et artificia. ¶. ¶. ¶.

A

Circa illud capitulum sexti in initio (homo
 pater si potuisset equalem filium genuisset
 etc.) dubitatur q. ex littera format extra
 ratio ad idem talimodo. homo pater si po
 tuisset equalem filium genuisset. ergo et
 deus. et hęc ratio non concludit. quoniam
 non valet dicere. homo habet alium homi
 nem sibi equalem. vel habere potest. ergo
 et deus similiter. quoniam deus hoc habet
 et de sua nobilitate q. nullus possit ei equ
 arı. ac proinde ratio Augustini nihil uide
 t̄ ualere. R. dicendum q. si equalitas
 poneret de necessitate in equalibus diver
 sitatem in natura tunc non valeret. sed
 supposito q. deus generet filium connaturalia
 lem sibi de necessitate sequit̄ q. si homo
 equalem genuit. deus multo fortius quam
 inus enim imperfectionis sit equari dicitur
 in natura tamen equari connaturalis per
 fectionis est alioquin diuina natura esset
 in aliquo imperfecte. et hoc est impossibile

con.

contra illa verba capitis septimi postini-
 tum (& qualitates autem qualis aut qua-
 litas) arguit. videtur enim dicere falsum
 quod quale dicit qualitatem. et secundum eam
 attendit similitudo non & qualitas quod pro-
 prium est qualitatis secundum eam simi-
 le vel dissimile dicit. R. q. de qualitate
 possumus loqui dupliciter. uno modo pro-
 ut dicit denominans. alio modo pro modo
 cui dispositio nobilitatis. et secundum ha-
 nec attendit maior et minor nobilitas. et
 ita nobiliores dicit. Et quod in spiritualibus
 idem est maior et melius id est quod de
 qualitate spectat ad & qualitatem non ex
 propria ratione nominis. sed ex consequen-
 ti ut visum est.

De materia istius distinctionis tractat
 Thomas 1. p. q. 25. ar. 3. et q. 42. ar. 3. et
 6. et ibi cum eius ipsius interpretatur.

~ Circa hanc distinctionem que-
 rit de veritate conclusionis eius?

^
 In hac disputatione sume tibi sex
 articulos questionis. 25. primus partus
 et articulum tertium et sextum eius
 deinde primus partus. ex quibus desumit
 octo argumenta. Sic

Primum ad probandum quod deo non
 sit potentia.

2^o dato quod sit non esse infinita. et de
 eodem ipsum) 3.

3. si esset in eo potentia esset omnipotens. sed q. non probet ut ibi.

4. dato sic omnipotens posset facere omnia. et ex consequenti q. preterita non fuerint. sed et probet q. illa facere possit.

5. q. si esset omnipotens esset omnifacientis. sic q. non posset facere. que non facit.

6. q. sequitur q. non posset meliora facere que fecit. ob eandem causam est. probet ut in. 6. articulo.

7. dato. q. posset deus illa. cum omnes tres diuine persone essent ex quo in potentia equales. non posset inter eas esse ordo nature. probet hoc est.

8. q. dato sic ordo filius tamen non uideat posse equari in potentia. cetera in prosequenda questione ut ex precedentibus et predictis constat.

26

Distinctio Vigesima prima que
Incipit. Hic ^{oritur} ~~quæritur~~ questus trahens
est.

200

Postq̄ Magister in precedenti declara-
uit equalitatem magnitudinis diuina-
rum personarum in essendo, et simili-
ter equalitatem potestatis in operando
In presenti distinctione (qua quatuor
capitulis absoluit) consequenter ex-
plicat qualiter dictiones exclusiva dica-
tur de deo. Et diuidit in tres partes. In
prima inquirat an termini personales
de personalibus cum dictione exclusiva
dicantur usq̄ ibi post hoc querit. In secū-
da an termini essentiales de personalibus
cum exclusione uere dicantur, usq̄ ibi ue-
runtamen ut ait Augustinus. In tertia
ponit quidam modus generalis, quo præ-
dicta sanius intelligantur usq̄ in finem
distinctionis, quæ in ep̄themen redac-
ta sic habet

Veræ sunt propositiones in quibus dicitur
exclusiua, solus, ponit cum terminis per-
sonalibus dicendo solus pater tantus est quā-
tus simul illi tres, etc. per hoc enim non
una persona ab alia, sed proprietates rela-
tiua unius persona ab alia excludit et
sensus in similibus propositionibus est. So-
lus pater, qui ita est pater ut nullus alius
sit pater. Et similiter solus filius, id est qui
ita est filius ut nullus alius filius sit uel
nulli.

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]

nulli alij competat filiatio in divinis.
 q. si dicitur exclusiva determinatio perso-
 nali. pro dicitur respectu termini essentia-
 lis. ut si dicatur solus pater est deus, vel
 pater est solus deus. ~~Secundum~~ Secundum ma-
 gistrum tales propositiones exponendae ve-
 niunt. nec verbis nostris sic loquendum.
 qz alia persona excludi videtur a divinita-
 te, neqz ista est concedenda pater et filius
 est solus deus, qz esse solum deum trinitati
 convenit. Postea querit quomodo dicatur
 solus deus est trinitas ipsa, cum habeat
 sortia angelorum, et animarum sanctarum.
 Respondet q. idem potest dici solus deus
 qz nulli alij convenit esse deum. Quod si
 una etiam persona exprimat in scriptu-
 ris cum dictione exclusiva, alia persona
 non expressa, tamen semper intelligit
 propter earum dem coherentiam. et hoc
 de littera distinctivis. quam magister
 fusiis prosequit inducitur auctoritatibus
 precipue Augustini ~~contra majorem lib.~~
 de trin. cap. 7. et ad Timot. 6. Augusti-
 ni lib. de trin. cap. 9. et Roman. 16. Augusti-
 ni Item lib. 6. de trin. cap. 7. et lib. 9. cap.

1. Joannis. 5. Apoc.
 1. 19. matth. 11. Luc. 10
 et Joannis. 17.
 ex qua ~~conclusiones~~ eli-
 citur conclusio in qua
 eius fere summa consistit
 que talis est.
 Personae divinae a deo in-
 cense se concludunt. q.

3. Ex qua tres eliciuntur conclusiones
 in quibus eius tota summa consistit vel una
 conclusio. concedenda sunt propositio-
 nes in quibus termini personales deper-
 sonalibus terminis cum dictione exclusiva
) sum



Sumptus predicantur | 2^a neganda
 sunt propositiones in quibus de termi-
 nis personalibus terminis essentialibus cu
 exclusione affirmantur.
 3^a Personae ad se sibi connectuntur quia
 earum non exprime absque quibus
 intelligantur.

†
 quia earum non ex-
 primuntur sine quibus
 intelligantur. at
 tendendum autem est
 modus quo personalia
 de personalibus aut es-
 sentialia de personalibus
 predicantur.
 - metrice sic
 esse deum solum patrem
 non dicimus apte -
 sed patrem solum dici-
 mus esse deum.

Dubia Literalia

Sive textus expositus -
 circa illa verba capitis secundi postimi-
 tum (Sicut trinitas simul proprocedit
 esse solus deus) dubium videtur enim per
 hoc velle negare istam patrem esse solus deum
 sed videtur hoc esse vera per expositionem
 quod pater est deus et non est alius ad se vel
 aliud ergo. Item predicatum quod dicitur
 de tota trinitate non potest esse nisi predi-
 catum essentiale quod aliter non diceretur
 de tota trinitate et predicatum essentia-
 le dicitur de qualibet persona singulatim
 ergo pater est solus deus. R. q. quando so-
 lus per se addit ad predicatum itaque non
 intelligit a parte subiecti improprie
 est sermo. Sive dicat de tota trinitate
 sive de patre. nec vult dicere Augustinus
 quod solus deus predicet de tota trinitate ita
 quod non de patre. sed in illis locutionibus
 soli des honor et gloria. et consimilibus
 solus deus non accipit pro una persona
 excludendo alias personas. sed pro tota tri-
 nitate excludendo alias naturas et magis
 et ita accipit. ac si Augustinus vellet dicere
 non quod tunc solus deus predicet de trinitate
 et

scilicet

non potest esse nisi
 predicatum essentiale
 quod aliter non diceretur
 de tota trinitate

Et non de patre, sed ipse uult q. suppo-
 nat pro ipsa trinitate. pro patre uero
 si supponat. non tamen supponit pro
 solo patre. et ides Augustinus uoluit
 q. sola trinitas est solus uerus deus. non
 tamen solus pater. unde et magister
 non dicit q. pater uerus solus deus. sed
 q. non propter dicit. et illud manifestum
 est si inspiciat. qualiter solus debet ad-
 di ad predicatum.

circa illa uerba capitis tertij *in fine* 2
 illius (quomodo ipsam trinitatem di-
 cimus solum deum cum sit cum spiriti-
 bus et animabus sanctis.) dubitat cum
 inseparabilis sit a rebus alijs et intimo
 omnibus quare dicit magis esse cum
 sanctis q. cum alijs. R. q. quamuis de-
 us sit cum omnibus et in omnibus ta-
 men specialiter dicitur esse cum sanctis pro-
 pter effectum gratia inhabitantis per
 quam ipsi conformantur et chari et simi-
 les ei fuerunt. unde pro nobis uultus
 delictorum esse cum filijs hominum dicit
 sapientia dei. Unde dominus uobiscum
 dicit hominibus non bestijs

non inde separatur
 pater et spiritus
 sanctus q. insepara-
 biles sunt

contra illa uerba capitis quarti pro pater
 dicitur (nemo uisus patrem nisi filius) arg-
 uunt. cum nemo componatur ex non et
 homo ergo nemo idem est q. nullus homo
 sed dicitur exceptio non excipit nisi con-
 tinentur sub termino. unde nihil est dictu
 nullus homo uisus nisi aditus. cum ergo
 pa

pater non continetur in suppositione
 Sicut nominis homo pater est: si di-
 cas q. ampliat ex usu distributio impo-
 tata per istum terminum nemo, ultra
 q. ad homines. tunc ergo quæro pro qu-
 o stat aut pro creato, aut pro increato
 si pro creato nulla est exceptio q. simpli-
 citer vera, ac proinde pater non est ibi
 tentum. Si pro increato simpliciter et
 taliter est falsa, ergo per exceptionem
 potest verificari. Si dicas pro utroq. quo-
 modo potest hoc esse cum nihil habeant
 commune? et si habeant commune, aut hoc q-
 uod est, nemo distribuit pro essentijs
 aut pro personis, si pro essentijs ergo
 debet excipi pater. Si pro personis, ergo
 debet excipi spiritus sanctus sicut et pater
 alioquin locutus est falsa. R. duendum
 q. nemo distribuit communiter ~~pro~~
~~inter~~ pro communem cognitionem, sicut habe-
 re vitam cognitivam, et distribuit nemo
 non pro supposito tantum sine pro perso-
 na, sed pro natura, unde pater non exci-
 pit q. persona, sed q. eius dem natura
 cum filio. Et hoc implicat in illa excep-
 tione filius et spiritus sanctus et ides ho-
 cetur habet veritatem. Vel dic q. nemo
 distribuit pro hominibus, et tenet non
 exceptione, sed aduersative sicut dicitur
 2. Timoth. 2. ad nihil utile est nisi ad sub-
 uersionem audientiam.

De materia huius distinctionis agit. d. Thom
 1. p. q. 31. ar. 3. et 4. et ibi eius interpretor

Circa hanc distinctionem est
 questio. Vtrum eius conclu-
 sio vera sit?

Pro cuius disputationis forma et dispo-
 sitione sume duos articulos primum
 scilicet et secundum, quorum 3^o primus
 partus dicitur Bone. et sume quattuor ar-
 ticulos duarum questionum, quas circa
 hanc distinctionem hic discutit idem doc-
 tor eo ordine quo se insequuntur. et con-
 ficit sex argumenta. Sic.

Primum. q. nomen trinitatis non est ad-
 mitterendum in divinis.

Secundum q. si esset trinitas filius
 esset alius a patre. quod probet esse
 posse ex secundo articulo

3. q. si positus sit alius. Ne tamen pro-
 positio solus deus est deus non videtur
 admittere

4. q. si similiter esset vera. Ita solus
 pater est deus.

5. q. si solus pater est deus neganda
 est. Similiter non videtur admittere. Ita
 trinitas est solus deus.

6. q. si datur admittere q. trinitas est solus
 deus similiter videtur admittere q. pa-
 ter sit solus deus. et probet ut in articulo
 6. ex enumeratis.

...
cetera omnia dispona iuxta precedentia
et predicta)

203

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a legal or administrative document.]

Distinctio vigesima secunda que
incipit. Post predicta nobis. etc.

204

Postq[ue] magister in precedentibus egit de
divinis rebus In presenti distinctio[n]e inci-
pit agere de divinis nominib[us]. Et dividit

(qua sex capitibus ab-
soluit.)

In duas partes In prima ponit differentiam
divinorum nominum a principis usq[ue] ubi
sciendum est ergo. In secunda subiungit re-
gulas p[ro] derivatis eorum usq[ue] in finem dis-

tingit[ur] que in ep[ist]ola d[omi]ni redacta sucha-
bet. In sexcupli differentia invenitur
et nomina de deo dicta nam sunt quedam

que expriment proprietates personales et di-
vine rationalia ut pater filius et spiritus
sanctus. Verbum. donum generans. et simi-
a. que dam expriment essentialia veritatem

ut deus. deitas. sapientia bonitas. q[ue] firmitas
et similia. que dam transumptive de deo

dicunt. ut lux splendor speculum et substa-
tia. que dam etiam desolum extempore

conveniunt cum relatione quada[m] extempore
ca ut dominus creator Redemptor
~~et similia~~ etc. que
dam de es dicunt extempore non relative
ut humanatus incarnatus. In quodam vero
nomen est quod dicit non sigillatim sed com-
muniter de omnibus personis secundum quan-
dam intrinsecam relationem quam in statu
ob terminis includit s[ed] Trinitas.

Hec autem omnia ad duplex nomen reduci
possunt s[ed] absolute[m] seu essentialia, et re-
lativum seu rationale. Unde duas regulas de-
ducit magister. quarum Prima est q[uod] no-

mi

A
quasi //
collec //
tinum

mina, que pertinent ad singulas perso-
nas relative dicuntur, et ponit exemplum
sicut pater et filius, et utriusque donum spi-
ritus sanctus. Nomina uero, que significat
unitatem essentis dicuntur ad se, id est ab
Luce, et significant substantiam.

Secunda regula est, quod nomina, que dican-
tur ad se dicuntur substantialiter, et de om-
nibus personis, et de qualibet persona di-
uina, et sigillatim in singulari numero
et non in plurali de omnibus sicut illa deus
potens, magnus, non enim dicimus Pater
et filius, aut filius et spiritus sanctus sicut
deus in plurali. Persona accipit singula
uero et pluraliter, illa uero que relative
dicuntur ad se inuicem, substantialiter non
dicuntur, declarat autem quod dictum est
scilicet quod magnitudo in diuinis dicitur subs-
tantialiter uel essentialiter, per hoc quod
deus per participationem diceret magnus
sequeret quod maior esset illa magnitudo
quam deus. Hoc autem est omnino absurdum
et falsum, ergo. In fine recitat de determi-
nata, et hinc de littera distinctionis, quam
magister latius prosequit inductis aucto-
ritatibus precipue Augustini, lib. 5. de
trinitate, cap. 16. et lib. 7. cap. 6. ex
qua uerba deducit conclusus in qua eius-
sima consistit, que talis est. No-

deus enim non est mag-
nus ea magnitudine
que non est quod ipse,

Ambrosij 2 detrimet
in principio prologi. hinc
Gra. 1. sapientie. 7

Nomina de deo dicta in multiplici-
sunt differentia

metrice sic

Nomina multa de deo
nominata propria quaedam
sunt nonnulla tamen
nomina clausa suis

Dubia Literalia

1
Contra illa verba in isto capite ^{secundi} ~~posita~~ ^{esse} ~~posita~~
ta. Sed ad sciendum est quaedam etiam no-
mina quae deo ex tempore conveniunt. Ita
quod quae divisiones Augustini et Ambro-
sij sunt sufficientes, aut non. Si sic ex gra-
magister superflua addidit. Si autem dicantur
insufficientes pro inveniendi. Sciendum
est. Quod quae divisiones Augustini nec Am-
brosij est diminuta, neque additio magistri
superflua. nam membra divisionis magis-
tri includuntur in membris divisionis Am-
brosij illa enim est immediata. cum enim
sit trimembris, reducat ad has divisiones
quod omne nomen deo aut est proprium, aut
translativum; si proprium aut spectat
ad substantiam, aut ad personas. Magister
autem ista membra magis specificat quod no-
men aliquod potest expectare ad unitatem
substantiae, vel ab aeterno, vel ex tempore,
Similiter ad personas, vel ab aeterno, vel ex
tempore; et ad personas dupliciter scilicet
divisim, ut hoc nomen pater, vel simul et
coniunctim, ut hoc nomen Trinitas, et ista
sunt sex membra.

2
circa illud in capite ^{tertio} ~~secundo~~ (trinitas quae
asi collectivum pluralitatem designat per
sonarum) dubitat et videtur maledicere quod
unitas collectiva ut dicit Bernardus est mini-
ma unitas, sed unitas trinitatis ardeat

in

inter omnes unitates. ergo est. R. q. hoc
 nomen trinitas deficit in duobus a nomi-
 ne propria collectivo. primo q. illa que
 nomen collectivum colligere habent sim-
 pliciter diversitatem. et secundo q. habet
 unitatem secundum quid. et contra est
 in nomine Trinitas. tamen in hoc est si-
 militudo. q. sicut nomen collectivum plu-
 res simul dicit et de nullis per se predicatur
 ita hoc nomen Trinitas predicat de aliqua
 personarum. et tamen omnes simul impor-
 tat. ac idem magister respondet q. sit collecti-
 vum simpliciter sed quasi.

Circa illa verba in principio capituli quon- 3
 ta (Secundum est ergo q. illa que proprie ad
 singulas personas pertinent relative ad in-
 vicem dicuntur) notandum est q. ex verbis
 Augustini que hic ponuntur et in lib. de tri-
 nitate eliciuntur quedam regulę de nomi-
 bus divinis. Prima est hec. omne nomen
 quod dicit de deo vel dicit secundum substā-
 tiam vel secundum relationem excepto
 hoc nomine homo. Secunda est. omne no-
 men quod dicit de tribus personis itaq. de
 quolibet singulariter dicit secundum substā-
 tiam exceptis nominibus partitivis.
 Tertia est hec omne nomen dictum secundum
 substantiam predicat de tribus personis si-
 mul sumptis singulariter, excepto hoc no-
 mine Persona. Quarta regula est omne
 nomen dictum de deo respectu creature indi-
 cat essentiam exceptis his que pertinent ad
 unionem. Quinta est. omne nomen quod
 dicit de deo ex tempore et respondet de personis
 sin

Singulis predicat rationem. vel quasi et
 hoc dicitur propter hoc nomen missus, quod
 dicit esse ab alio.

4

Contra illa verba capituli quinti prope fine
 (non tamen tres omnipotentes sed unus om-
 nipotens) arguitur quod cum dicimus tres po-
 tentes videtur quod pari ratione possumus dice-
 re tres omnipotentes. R. quod verbum semper
 adiective. et in adiectiva significat et ides
 semper trahit numerum a supposito. si-
 militer participium manens participium
 quod habet naturam verbi. sed nomen quod in-
 quiete significat aliquando substantiuat
 tunc numerat sicut nomen substantiuum
 a parte sua forma. et ides quod potens potest
 esse participium. omnipotens autem nomen
 tantum. ides non sic recipit tres omni po-
 tentes. sicut tres potentes. nisi omnipotens
 sit adiectivum. et adiective tantum. Ratio
 autem quare omnipotens non potest esse
 participium est propter compositionem quare
 non admittit verbum. participium enim
 ut dicit grammaticus transit in nomen quod
 aliter modis. scilicet compositione ut indoctus
 comparatione ut doctus. constructione ut a-
 mans illius. temporis amissione ut amandus
 secundumque idem significat quod amari dignus.

5

circa illa verba capituli sexti in principio
 (deus enim non est magnus ea magnitudi-
 ne. quae non est quod ipse) queritur de ista ra-
 tione Augustini. si deus est participatione
 magnus. ergo magnitudo est maior quam deus.
 videtur enim haec ratio nihil valere. non enim
 in. valet. iste est albedine albus per partici-
 pa

participationem ergo albedo est albedo uel maius q̄
 ipse. R̄ q̄ ratio Augustini bona est et funda
 t̄ supra ipsam rationem expositionem q̄ par
 ticipare est partem capere. Et si partem ca
 pic. ergo minus est q̄ totum. quod ergo obici
 t̄ de albedine dixerim q̄ est maius dupliciter
 uel quantum ad esse uel quantum ad posse
~~dicendum est q̄ participatio subiecti at~~
 tendit respectu formę uel uel uel et quantum
 ipsa sic tota in subiecto quantum ad esse n̄
 tamen quantum ad posse. q̄ potest in alijs
 se. uel tamen nihil potest esse maius nec
 quantum ad esse nec quantum ad posse. et
 illud argumentum Augustini bene tenet q̄
 deus nihil potest participare. Alio modo
 dicit q̄ argumentum Augustini bene tenet in
 his formis que nata sunt aliquid determina
 re per essentiam. et in talibus illud quod est
 per participationem reducit ad illud quod est
 per essentiam. Et quando uenit sic est, illud
 quod est ens per essentiam excedit illud quod
 habet esse per participationem. Si ergo magni
 tudo est magna per essentiam. et deus per par
 ticipationem necessarius sequitur q̄ magnitu
 do est maior q̄ deus. non est sic de albedine
 que non est nata se determinare nec dea
 sequi per essentiam predicari determinando
 illud

De materia istius distinctionis agit d. Thom. 1. p.
 q. 13. ar. 1. 2. et 3. et ibi ipsius interpretet

circa hanc distinctionem est
 questio de veritate ipsius.

Pro qua disponenda sume tibi obsecro

Los questionis. 13. prime partis divi Tho-
mas. scilicet primum. secundum. terti-
um. quartum. quintum. octavum. no-
vum. et undecimum. ex quibus sume
singula eorum prima argumenta. Sic

Primum q. deo nullum nomen conveniat

2^o q. dato conveniat nullum ei conve-
niat substantialiter.

3. q. saltem nullum dicit deus proprie

4. q. non essent plura nomina in ergo
re q. synonyma. et probet.

5. q. cum ex creaturis deum cognoscimus
dicerent nomina uniusce deos et deities

6. q. saltem nullum nomen significat
eius naturam. cum eam, deus, non signi-
ficet. quod probat est

7. q. ly deus est communicabile nomen
ergo. non nature

maxime, 8. q. nullum deus habet nomen propri-
um. Si enim aliquid maxime hoc quod est,
sed hoc non ergo q. hoc non probet est.

Reliqua ut ex ~~re~~ precedentibus iam
tibi constat componere cum deus octo arti-
culis,

Distinctio vigesima tertia. quae
incipit. Praedictis adiciendum est
est. [^]

Postquam Magister in precedentibus
a. tractat de significatione huius nominis
Persona prout sumit per se. In hac dis-
tinctione. (qua decem capitibus absol-
uit) agit de significatione eiusdem
prout sumit cum nominibus numeris
sibi sibi adiunctis. Et dividit in tres
partes. In prima ostendit q. per terminos
numerales in divinis excludit multipli-
citas substantias a principio distinc-
tionis usq. ibi. Item etiam cum dicimus
In secunda q. per ipsos remanet solitudo
personalis usq. ibi. cum autem dicimus
distincte. In tertia parte ostendit q. per
eandem distinctionem secludat confusio
personalis usq. in finem distinctionis

[^] quae in ep. h. nomen redacta sic habet.

Ab eis que dicta sunt. Scilicet nomi-
na secundum substantiam de deo dicta
singulariter de personis dei. et non plu-
raliter) exupit hoc nomen Persona,
quod quidem substantialiter dicitur ab
Iuce enim, et non relative predicatur
et tamen pluraliter de omnibus simul
aut de duobus eorum dicitur, et non sin-
gulariter. Vera est enim haec propositio
Pater filius et spiritus sanctus sunt tres
personae non autem sunt una persona
et

[^] Postquam Magister agit de
nominibus divinis genera-
liter. in hac distinctione -
(qua decem capitibus absol-
uit) agit de nomine
Persona, specialiter. et
dividitur in tres partes.
In prima excipit hoc no-
men Persona a regula
praedicta quae dicitur de
his que substantialiter
praedicantur usq. ibi. et
ostendit q. hoc nomen non sin-
gulariter, sed pluraliter
de omnibus personis pra-
dicatur ab omni usq. ibi.
iam sufficienter. In ter-
tia concludit q. in divinis
nec diversitas essentialis
nec singularitas personalis
proprie dicitur usq. ad finem
distinctionis. [^]

Et hoc nomen a predictis supra exci-
pi oportuit, ut sciret quid hereticis
respondere posset cum instantia que
rentibus, quod tres in diuinis secundum
scripturas dicamus? Respondendum est
enim tres personas, quod tamen magis
dicitur ex penuria nominum, quibus he-
res tam altissima exprimentur, quod uoca-
bulo propria significatione, nec huius
modi uocum penuria solum apud la-
tinos reperitur, quin etiam apud grecos
greci etenim tres substantias in diuinis
dicunt, nos autem unam, quod substantia
apud nos idem significat, quod essentia.
Deinde querit magister quare si ex
communicatione huius nominis Perso-
na dicimus tres personas, non dicimus
etiam tres deus cum nomen diuinitatis
sit commune? et Respondet quod hoc idem
est quod scriptura contradicit sed non
tradit trinitati personarum. Postea
querit cur non dicimus tres essentias cum
scriptura non dicat contrarium? et Res-
pondet quod hoc idem est ne intelligatur di-
ueritas in diuinis. ~~concludit etiam quod~~
~~sola penuria uocabulorum facit differentiam~~
~~nam in tribus personis unde subdit quod lo-~~
co huius nominis Persona greci uocantur huius
nominis substantia. Licet possint dicere
tres sub Hypotheses sicut nos dicimus
tres

quod supereminenti ad-
iunitatis usitati ab-
que facultatem excedit
uerius enim cogitatur
deus quod dicitur et uerius
est quod cogitatur.

cum ergo in propria uo-
cabulorum tres perso-
nas aut substantias di-
cimus ut ait Augusti-
nus non diuersitatem
intelligimus sed singu-
laritatem excludimus
ut non solum unitas es-
sentie sed et trinitas de-
notat ~~penuriam~~ et ad
id facit quod dixit sal-
uator (Cue ponderat Phi-
larinus) qui uidet me
uidet et patrem meum
quibus uerbis unitas esse
tunc et unitas similitudo
sine singularitate ta-
men et solitudine pre-
signat quod singularitas
uel solitudo personarum
pluralitatem excludit et
diuersitas unitatem essen-
tie tollit.

tres personar. ^{ex dictis colligit} Ultimo notandum quod in
 divinis non est utendum ^{his} vocabulis scilicet
 diversis singularis unicus et solitarius
 quia per hoc importat contrarium aut uni-
 tati essentia, aut pluralitati personar.
 et ideo sicut dicitur deus trinus non tamē
 potest dici triplex aut multiplex, nulla
 est enim ibi multiplicitas aut solitudo pro-
 pter personarum pluralitatem. et hactenus
 de littera distinctionis quam magister
 Iacobi prosequitur in dictis auctoritatibus
 precipue Hilarij. 7. de trin. Joan. 4
 deuter. 20. et Ambrosij de fide cap. 12 Augusti de trin lib. 7. c. 6 //

ex qua tres eliciuntur conclusiones in
 quibus eius tota summa consistit.

1. ^{conclusio} Hoc nomen persona non per-
 sonaliter sed substantialiter dicitur de
 divinis.

2. Hoc nomen Persona de omnibus di-
 vinis personis simul non singulariter
 sed pluraliter predicatur.

3. in divinis nec diversitas substantia-
 lis nec singularitas aut solitudo persona-
 lis est admitterenda.

et lib. 7. cap. 15. exod. 20
 deuter. 16. Joannis. 14
 ex qua ~~conclusio~~
 scilicet conclusio in qua
 eius fere summa consistit
 que talis est
 Nomen personę indi-
 vinitus dicitur substantia-
 liter. et pluraliter de
 tribus in quibus neq3
 est diversitas nec soli-
 tudo. ^{metrice sic}
 cum da personę neq3 est
 si quęstio fiat // tribus
 que natura modo sit una
 deus.

vel fina
 trinitatem
 bus

¶ Dubia Litteralia siue textus
 circa illa verba capitis quarti post in-
 itum (una via tres hypostasēs) dubi-
 tat. vident enim esse contra id quod dicit
 divinus Hieronimus taceamus tres hypost
 asēs

1

Bases non bonae suppositionis nomen //
 est. ergo non debet dici. Praeterea uide
 qd nomen hypostasis non debet ullo
 modo admitti. nec nomen vsia. qd Boe
 tius dicit super librum predicamentorum
 qd Hypostasis est materia vsius formae
 vsia compositum. sed in diuinitis non reci
 pit materia nec compositum. igitur est.
 R^o qd Hieronymus non dicit non esse
 et Hypostases qd falsum esset uel erro
 neum. sed qd nomen erat inuictum. et
 uidebat idem sonare quod substantia
 et substantia secundum immutem ac
 ceptionem non dicit pluraliter de per
 sonis ides uidebat tunc tacere. ne here
 tici acciperent occasionem malignandi.
 tunc autem illud nomen specificatum
 est et expressum. ad hoc modo conueni
 t. Ad illud quod obicitur secundo R^o
 qd Suiusmodi nomina aliter accipiunt
 in philosophia. aliter in theologia. et
 hoc patet per Boetium. qui aliter accipit
 loquens ut Philosophus aliter loquens ut
 theologus in libro de duabus naturis. et
 una persona Christi.
 contra illa uerba capitis quarti infra
 (uerius enim cogitat deus qd dicit) argu
 mentum. qd omnis fidelis cogitat deum esse
 trinum et unum. et nihil est uerius isto
 ergo non est uerius qd cogitat. Item uide
 et falsum qd dicit uerius cogitat qd dicit
 multa enim dicimus. quae non intelligimus
 ergo plures extendit ueritas sermonis qd
 interioris cogitationis. Item ego dico deo
 esse

theo
gia

2

esse summe verum. sed nihil potest uerius
 cogitari. neque esse magis summe uerum. et
 ergo est. Per q. sermo Augustini. est duplex
 potest enim esse comparatus entis ad ipsum
 cogitatum. et cogitati ad dictum. et sic
 non habet ueritatem. q. uerus et idem est
 deus qui est et qui cogitatur. et qui dicitur. et
 equaliter ueris. potest uerum fieri compa-
 ratio ad actum essendi. et cogitandi. et lo-
 quendi. Et sic habet ueritatem sermo Augus-
 tini. quoniam deus in se habet summam
 ueritatem. cogitatio uero nostra dum sit
 creata et exemplata a summa ueritate non
 potest esse summe uera. similiter ne uentis
 at proinde minus de ueritate habet. Et
 rursus cum magis assimilet summo uero ac-
 tus cogitandi inter se q. actus loquendi ex-
 terior magis habet de ueritate cogitatum q.
 locutio. q. deus est similior. Rationes ue-
 ro ad oppositum procedunt. secundum pri-
 mam uiam.

3 Contra illa uerba in fine capitis sexti
 (arietes sicut loquendi disputandi ne-
 cessitate tres personas dicere. non q. scrip-
 tura dicit. sed q. scriptura non contradicit)
 arguit. q. scriptura non contradicit. ergo
 sicutum est dicere patrem filium et spiritum
 sanctum non esse tres personas. sed non si-
 ce dicere nisi uerum. ergo huius oppositum
 falsum est. R. q. ista non fuit tota ratio dicti
 sed Augustinus subiecit partem causae. ra-
 tio enim fuit sicut ipse aperit in sequentibus
 quia ratio consonabat et scriptura non con-
 tradicebat. Nam si scriptura contradiceret et
 quan

quantumcumque ratio delectare non esset
 dicendum et propter hoc non licuit dicere
 tres essentias quia ratio non consonabat
 quare autem ratio magis consonat in hoc
 nomine Persona, quoniam in nomine essen-
 tia, patet si attendat significationem utri-
 usque ex verbis Augustini, quae magister
 refert quare ^{usque} dictum est ab ecclesia tres per-
 sons patet quia triplex fuit ratio. Prima
 fuit quia necessitas imminerebat. Secunda
 quia ratio consonabat. tertia quia scriptura
 in nullis contradicebat, immo etiam conso-
 nabat unde minus dicit et plus intelligit
 quando ait quod scriptura non contradicit
 contra illa verba circa initium capituli
 noni (quod ibi nulla penitus est diversitas
 sive nec singularitas, vel solitudo) arg-
 uit quia si hoc est verum, igitur ibi est omnis
 identitas, igitur natura est persona. R.
 quod faciendum est in verba diversitas esse
 non attendit quantum ad principia essen-
 tialia sive substantialia; quia ergo in di-
 versis quod tunc ad substantialia nulla cadit
 differentia, ideo dicit quod nulla diversitas
 ac subinde non sequitur quod penitus omnino
 est identitas nisi addat determinatio-
 nem sicut quod ad essentialia et sic patet il-
 lud.

De materia huius distinctionis agit d. Thom.
 1. p. 1. q. 29. ar. 4. et ibi ipsius interpretet.

circa hanc distinctionem est
 questio de veritate conclusio-
 nis ipsius > Pro

Pro cuius dispositione sume tibi quatuor articulos questionis 29. prime partis divi Thomae. et articulum quartum questionis quam in hac distinctione pertrahat. ex quibus desume quinque argumenta prima singulorum. Sic -

Primum. q. incompetens sic definitur personae quae communiter assignari solet

Secundum. q. idem est q. hypothesis subsistentia et essentia. ut probat ac proinde non est de ea tanquam de distincta agendum

Tertium q. dato sic distincta non tamen ponenda videtur in divinis.

Quartum q. ~~nec significat substantiam ut videtur constans. nec relationem ut probat.~~ q. si aliquid significaret significaret relationem sed hoc non. ergo nihil. probet minor argumentis articuli quarti.

5. q. ^{si} significaret relationem diceret de omnibus tribus personis. sed non dicitur ergo. Probat minor argumentis ~~quatuor~~ articuli enumerati. qui est quartus questionis quam circa hanc distinctionem disputat sanctus doctor ut diximus)

cetera questionis iuxta dicta formantur -

q. Si malueris ad hunc modum pote
 ris questionem disponere et formare
 ex quattuor articulis. questionis qu
 am ut diximus. Sic discit civitas
 angelicus doctor.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

distinctio vigesima quarta
 quæ incipit. Hic diligenter
 inquirendum est.

Postquam magister in precedenti tractavit
 de significatione huius nominis per
 sona prout sumit per se. In hac distinc-
 tione (quæ decem capitibus absoluit) a-
 git de significatione eiusdem prout
 sumit cum nominibus numeralibus
 sibi adiunctis. et dividit in tres par-
 tes. In Prima ostendit quod per termi-
 nos numerales indivinis excluditur
 multiplicitas substantialis. et hoc a
 principio distinctivus usque ubi. Item
 etiam cum dicimus. In secunda quod per
 ipsos remouet solitudo personalis usque
 ubi. cum autem dicimus distincte. In
 tertia parte ostendit quod per eorum distinc-
 tionem excludit confusum personalem, ut
 quod in finem distinctivus. quæ in epistola
 men redacta sic habet

per terminos numerales indivinis, id
 est per nomina pertinentia ad plu-
 ralitatem, seu multitudinem ac dis-
 tinctivum potius aliquid remouet
 quod prout. secundum quod magister inten-
 dere videtur. sicut per nomina ad unita-
 tem essentia spectantia multiplicitas
 eiusdem excludit. ut per hoc quod deus
 unus deus deorum excludit pluralitatem
 per illa autem quæ pluralitatem ex-
 pri

Unde Hilarius super illa
 verba faciamus Dominem
 ad imaginem. et similitu
 dinentis Patris. Sermonem
 Sane ad alterum directum
 ponderat ^{et tollit} sermone
 laudatus ac solitudinis
 intelligentiam ^{professio}
 consortij. ^{et solitarii} consor
 tium esse neque. neq. so
 litudo solitarii recipere fa
 ciamus. nec aliens a se
 dicere in Patrem.
 distinctio ergo confusio nem
 proprietatis in personis distine
 tur in in esse. et per hanc
 et aliam solum per hanc
 excludimus Sabellianam

exprimunt. singularitas et solitudo
 excludit. ut per hoc q. dicitur duo vel tres
 persona excludit q. non sit una tantum.
 Itaque tamen a doctoribus non concedun
 tur nisi intelligant illa nomina siere
 movere. q. etiam significent seu pro
 nant. quod nec abnuunt auctoritates
 quas magister allegat. qui ultimo
 obicit per Isidorum q. trinitas potest
 dici multipliciter. et soluit dicens q. si
 dorus nomine multipliciter. non d

Hilarij. A de trinitate
 Augustini. lib. 7. de
 trinitate. c. 4. / Isidorus. l.
 et similit. cap. 4.

uersitatem. sed numerum personarum
 vult intelligi. et Sacerdos de Lettera
 distinctio nis. quam magister Latius pro
 sequit inducitur auctoritatibus precipue ge
 nes. i. et Ambrosij lib. 1. de fide cap. 2. et actum

~~et de trinitate~~
 ex qua ~~trinitas~~
 elicit conclusio in
 qua eius fere summa
 consistit. que talis est
 Hoc nomen personarum
 proprietate et per hanc
 postasi. et q. proprietate
 ce personali. que quandoq.
 supponit
 metrice sic

ex qua tres eliciunt conclusiones in quibus
 eius tota summa consistit. uel una trinitas
 Prima conclusio in diuinitis per nomen
 numeralia ad unitatem essentis ex parte
 solam multipliciter excludimus
 2^a Per nomina numeralia pluralitatem
 exprimentia in diuinitis singularitatem
 et solitudinem excludimus personalem
 3^a cum personas diuinas distinctas esse di
 cimus earum confusio nem. et per mixtu
 nem contra Sabellium excludimus.

Indiuisus unitas mul
 tiplicitatem. plurali
 tas singularitatem
 et solitudinem exclu
 dit; distinctio confusio
 nem contra Sabellium
 metrice sic
 Ponere nomen tantum
 remouere magistro
 nomina que trinitatem
 in deitate notant

Dubia Literalia Suetex. exp.
 circa illa verba in principio capitis quar
 ti

et cum dicimus plures esse personas, sin-
 gularitatem et solitudinem excludimus,
 notandum quod indivisus recipimus unita-
 tem non singularitatem, nec solitudinem
 quia singularitas excludit communicabili-
 tatem, et solitudo excludit pluralitatem
 et nos ponimus unam essentiam in pluri-
 bus, et propterea id non recipimus.
 Similiter notandum ex parte pluralita-
 tis, quod recipimus ista quatuor alicuius
 pluralitatem discretivam, atque distincti-
 onem. Sed hec quatuor contrario non re-
 cipimus scilicet diversitatem, multiplicita-
 tem, divisionem, et separationem. Ratio
 autem huius est quia separatio supponit di-
 visionem, divisio multipliciorem, multi-
 pliciter diversitatem, diversitas autem pro-
 prie forme vel nature distinctivam, et
 quia indivisus est natura omnimoda unitas
 ideo cum non recipiat diversitatem, neque aliquid
 quod istorum quatuor admitti potest. et
 contra discretus presupponit distinctivam
 distinctivam pluralitatem, pluralitas alicuius
 alicuius autem non tantum attingit quan-
 tum ad formam, sed etiam quantum ad sup-
 positum quia sunt plures hypothases, ac ideo
 predicta quatuor indivisus recipiuntur
 distinctivam autem nonnisi predictorum
 hec est quod de primis quatuor alicuius et pl-
 uralitas important distinctivam a parte
 rei, sed distinctivam et discretivam per compara-
 tionem ad nostram cognitionem, sed alicuius
 per modum substantie, pluralitas per mo-
 dum quantitatis, quamvis non sit ibi vera
 quantitas. Distinctivam autem et discretivam
 dif!

.f.
 sed res ista parum de
 inde laudatarnagus
 trus
 a nostris hodie nullis
 est precij.

differunt. q^o discretis dicitur in comparatione ad uisum: discretis autem in comparatione ad tactum. Alia autem quattuor differunt sic q^o diuersitas attendit secundum substantiam et multiplicitas quantum ad ueram quantitatem, diuisio quantum ad positionem siue discontinuitatem. Separatio uero quantum ad ubi, uel aliter diuersitas quantum ad primum intrinsecum, multiplicitas quantum ad numerum, diuisio ad terminus separatio autem attendit quantum ad medium interiectum.

Aduerte autem q^o cum magister in fine capituli tertij dicit q^o neq^o numerus neq^o quantitas ubi est, intendit dicere q^o unitas et multitudo non predicant aliquid super additionem rebus quibus adiunguntur nisi secundum q^o sunt in genere quantitatis. et hoc modo de deo non predicant.

De materia huius distinctionis agit d. Thomas 1. p. q. 30. ar. 3. et q. 11. ar. 1. ad 1. et ubi interpretatur.

querit de ueritate conclusionis distinctionis huius.

Et post hac formanda questione sic me quattuor articulos eius quatuor sic discutit diuus Thomas. ex sergulis singula prima argumenta sic.

Primum q^o deus nequeat diuinus. Secundum q^o si est unus inest non poterit esse aliquis numerus. Ter

Tertium qz si essent, in divinis uni-
tas et numerus ponerent aliquid -
quod est inconveniens, qz ponant -
probec. ut ibj

quartum qz unum et numerus sig-
nificarent divinam essentiam (quod
non videt admitterendum) qz eam sig-
nificent probat dicto quarto articulo
cetera, ut ex dictis tibi constare
tam potest. sumendo notabilia con-
clusiones. et excitando dubia in solu-
tionibus principali argumentis
Et si predicta tibi non videbuntur satis
mo ve secundam questionem ex du-
bus articulis quibus in ea ponit circa
hanc eandem distinctionem. D. Thom

Vel sume ex partibus sex articulos
quibus hanc questionem concinare po-
teris. scilicet tertium, et quartum
questionis undecime prime partis, et
quatuor articulos questionis. 3o per
ordinem, quo eos tibi enumerabo. et ff

215

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Distinctio vigesima quinta
 que incipit posterea consideran-
 dum est. etc.

Postquam magister egit de nominibus signifi-
 cantibus unitatem et pluralitatem in diuini-
 tate. In presenti distinctione (que duodecim capi-
 tibus absolute) Incipit agere de quodam
 nomine, quod sonum recipit aditumem. Sci-
 licet de hoc nomine Persona. Et diuidit
 in tres partes. In prima ostendit, quod signi-
 ficat cum dicitur tres persone, vel due per-
 sone, a principio distinctionis usque ibi. Hinc
 incipimus. In secunda explicat, quod impor-
 tat per hoc quod dicimus alia persona pater
 alia filij, alia spiritus sancti, usque ibi deinde
 quere utrum. In tertia quod dicitur cum
 dicitur alius est in persona pater, alius filius est
 usque ad finem distinctionis, que in epistola domini
 redanda sic habet.

Primo enim quere magister cum dicitur plura
 licet Pater filius et spiritus qui sunt tres per-
 sone, vel cum dicitur alia est persona pater, alia
 filij, alia spiritus sancti, quod significet ibi, no-
 men Persona. Si enim significet essentiam, er-
 go in essentia est aliqua diuersitas, vel plura-
 ritas, si uero non significet essentiam, ergo ua-
 riat significatio personarum in singulari, et in plura-
 li. Deinde obicit ad aliam partem scilicet quod
 tam in singulari, quam in plurali essentia significet.
 quod enim significet essentiam in singulari, probat
 ex his que iam dixerat, quod autem in plurali sig-
 nificet essentiam probat duabus rationibus.
 prima Augustini, que talis est, cum dicimus
 tres personas significamus illud, quod est commune
 patri filio et spiritui sancto, sed nihil est commune
 eis

est nisi essentia, ergo nomine personarum plu-
 raliter significat essentia. Secunda ratio talis
 est, quod de essentia interrogat, sed ^{per} nomen per-
 sonae Respondet questionibus factis per quod
 est? quae venturum gerunt quid tres? Respondens
 q. tres personae, ergo nomen Personarum in plura
 si significat essentiam. Postea soluit secun-
 dum aliorum opinionem, solutio autem ista
 erat, q. sic nomen Persona in plurali signifi-
 cat essentiam propter multas auctoritates A-
 ugustinus, quae innuunt q. persona significat
 essentiam. Non tamen sequat q. tres sint esse-
 tiae, sed q. pater et filius et spiritus sanctus sint
 tres Sabentes illud commune, quod est essentia
 et similiter uenit alia est persona filij
 id est alius est pater a filio, quorum ueritate
 persona. Sed magister hic improbat inducen-
 do alium modum loquendi, quem non possunt
 sic exponere. Dicit enim Augustinus q. pa-
 ter est alius a filio in persona, uel personali-
 ter deinde soluit secundum opinionem propriam
 dicens, q. sic nomen persona designat essenti-
 am, tamen transfertur aliquando propter pe-
 rsonam uocabulum ad signandum suppo-
 situm, uel hypostasin. Unde sentus est Pa-
 ter filius et spiritus sanctus sunt tres personae
 id est tres hypostases uel tres subsistentiae in na-
 tura diuina. Ad illud quod opposerat q. ^{per}
 se q. persona Respondit ad questionem factam
 per quod? Respondit q. per quod inquit de
 essentia, non tamen ~~de~~ essentia sola sed suppo-
 sitionem in essentia subsistentem. Et dicit q. tres perso-
 nae in diuinitate possunt dici tres res, et possunt dici
 una res. Deinde exponit significationem perso-
 nae

no. quando addit terminis particulari //
 ut est alius. Sed autem ostendit se, quod
 ista distinctio importat circa personas //
 ut cum dicitur alia est persona patris etc
 et tunc dicitur quod hypostasis significat, vel
 dicitur quod persona designat rationem dis
 tinctionis ut cum dicitur pater est alius in
 persona vel personaliter. Et tunc dicit
 quod designat proprietatem quamvis in v
 troque possit verumquod designari. ~~Ubi dicitur~~
~~quod persona aliquando significat et~~
~~tantum aliquando suppositum, aliquando~~
~~proprietatem quod auctoritatibus confirmat~~

~~Et sic de littera distinctionis ex qua res
 elidunt conclusiones In quibus eius tota
 summa consistit. Et hoc nomen persona quia
 dicitur stat et supponit pro essentia.
 2^a Nomen persona quandoque sumit pro hy
 postasi, vel subsistentia.
 3^a Nomen Persona multoties
 est supponit pro proprietate personalis sub
 eius differentia.~~

~~adducta specialiter Augustini Joannis Apo
 stoli et Joannis Damasceni testimonij~~

Dubia Literalia Sive textu exp.

1. contra illa verba capituli tertij infra tres
 persona. et debet tres subsistentie) arguit. quod
 Boetius dicit contrarium in lib. de duabus na
 tu

Et sic de littera
 distinctionis quam
 magister Latius pro
 sequit adductis argu
 pte auctoritatibus. Au
 gustinus Joannis. Apo
 stoli Joann. 10. Joannis
 Damasceni. et Hiero
 nymus. Ex qua con
 clusione conclusio
 in qua eius fere summa
 consistit que talis est
 Hoc nomen Persona
 tantum in singulari
 in plurali pro essentia
 pro hypostasi. et pro
 proprietate personalis
 vel substantiam
 vel quodammodo sup
 ponit
 in eadem
 naturam signat signat
 vel hypostasim ancep
 Nomen Personae propria
 significat

turis et una persona. Cuius assignantur
~~esse~~ assignantur differentiam inter
 subsistere et substare. quod subsistere illud
 quod indiget alio quod sit. substare uero
 quod subiectum alijs ut esse ualeant submi-
 nistrat. uidee ergo quod subsistere sic idem
 quod essentia ergo nullo modo potest dici
 quod sunt plures subsistentie. R. quod Boetius
 accipit ibi hoc nomen subsistentia secun-
 dum Marcum Tullium prout accipit sig-
 nificationem secundum actum subsisten-
 di siue perse standi. et sic tantum uerba est
 subsistentia. sed nunc doctores scriptura
 magis accipiunt prout importat respectu
 ad proprietatem cui subest. et sic pluri-
 ficat. ratio autem huius est communis usus
 quia accipiunt ^{unt} substantia prout natura rei
 id est pro supposito magis uoluerunt accipe-
 re subsistentiam.

contra illa uerba in medio capitis quarti
 (tres personas esse unam essentiam uel
 eiusdem essentia non autem ex eadem es-
 sentia) arguit quod pater generat filium
 de sua substantia. et spirat spiritum sanc-
 tum. ergo uidee quod omnes persone sint ex ea-
 dem substantia. Item querit quare non
 concedit ista. quod persone sunt ex eadem essen-
 tia. sicut concedit quod persone sunt eiusdem
 essentia. et uidee quod debeat concedi quod ex
 in diuinis dicit Sabidinem originis et simi-
 liter genitius Sabidinem importat. Si
 dicas quod propter transitiones ² sicut pro-
 positiones sunt transitina. ita et obliquitas
 sunt

sunt transitivus. Propterea hec concedit
 personis sunt in eadem essentia et tamen
 hoc quod dicitur. In. est propositus. R. q. ali-
 quando aliquid comparat ad aliud ut in
 formans sive denominans. et tamen non
 ponit propter hanc diversitatem sive distinctio-
 nem ad alterum. sic enim comparat de-
 itas ad deum. alio modo comparat aliquid
 ad aliud sicut principium ad principiatum
 et tunc de necessitate imponit distinctio-
 nem quam ergo hec propositus ex imponit
 similitudinem causa vel saltem principij
 de necessitate dicitur distinctio inter ex-
 tremam ac proinde concedi non potest q. per-
 sona sunt ex eadem essentia. at q. genitivus
 non ~~construit~~ ^{construit} in ratione principij
 immo ~~operis~~ ^{causa} declarationis ~~operis~~
 sicut cum dicitur mulier egregie forme ut di-
 citur Priscianus. idem cum genitivus hec est
 vera tres personis sunt eiusdem essentia.
 circa illa verba capituli octavi in princi-
 pio (nec temeritate q. dicimus tres res)
 notandum q. accipit illud ab Augustino
 libro primo de doctrina christiana. sed ar-
 gue contra q. res est nomen absolutum
 et generale. ergo videtur q. si aliquid dicitur in
 divinis q. dicitur essentiam sive substantiam. ergo
 sicut nullo modo concedunt tres essentia simi-
 licet nec admitti potest q. dicantur tres res
 q. si tu dicat tres entia. hoc non est simile q.
 ens est participium. et ita trahit numerum
 absurde et non numerat secundum formam
 propriam entitatis. res autem est nomen substan-
 tivum. si dixeris q. res nominat formam a par-
 te

3

te animiq. uel est nomen impositum est a
 parte animiq. Hoc nihil est dicere quod sunt
 nomina intentionum, et res diuidit contra
 intentionem. Quod res potest considerari tri-
 pliciter: aut secundum proprietates quas ha-
 bet in propria natura aut secundum modum
 secundum quem fit apud animam, aut se-
 cundum proprietatem communem, quod in
 est ei ab actibus animiq. quod sunt subdicere
 et predicare: componere et diuidere. Secun-
 dum ergo hanc triplicem acceptiorem con-
 tingit rem tripliciter nominari uno modo
 per nomen quod indicat existentiam a par-
 te sue nature, sicut dicit album, et nigrum
 et huiusmodi. alio modo secundum quod anima
 accipit per modum entis et hoc modo nomi-
 nat res. unde illud omne res dicit quod anima
 cogitat, ut existens in natura. alio modo
 contingit nominare per intentiones secun-
 das, sicut dicit genus, species subiectum pro-
 dicatum, quoniam ergo hoc nomen res dicit
 medium inter nomen, quod dicit pure for-
 mam naturae, et inter nomen, quod dicit
 formam intentionis, ideo non tantum est
 sententia conuenit sed etiam personis, et ideo
 tres res dicimus tres personas, non sic tres et
 sententias, et huius significationi alludit ipsum
 nomen, res enim dicit a reo reus, quod
 dicit album a parte animae, et alio modo
 res uenit ab hoc quod est ratus, quod dicit
 stabilitatem a parte naturae et sic res dicit
 stabilitatem a parte naturae sine ratiudinem
 ex parte entitatis, et sic patet solutio ad ob-
 iectum, quod uno modo est nomen naturae, alio
 modo est nomen ratiudinis.

4

circa illa verba capituli decimi postini-
 tum (non est aliquis in trinitate gradus)
 dubitat: quod videtur hic dicere Hieronymus con-
 tra illud quod dicit Augustinus non con-
 fessum. Pater et filius non differunt
 substantia sed causa et gradu. Item indi-
 uinus est substantia, ergo ibi est sub. sed
 sub dicitur relative ad superius ergo est ibi
 sub. et super. ac per consequens inferius. et
 superius. et subinde gradus. Item ubi cum
 quod est auctoritas et subauctoritas ibi est gra-
 dus sed hic est in patre et filio. ergo est
 R^r dicendum sicut dicit glossa (exodi. 20
 non ascendas per gradus ad altare etc) per
 gradus ascendit ad altare qui dicit patrem
 maiorem filio. et filium spiritu sancto. sicut
 dicit Hieronymus. unde cum gradus de iuratis
 tollat personarum qualitatem ideo be-
 nedicit Hieronymus quod non est proventus indi-
 uinitate gradus. nihilominus ponit ordo
 differunt enim gradus et ordo sicut punctus
 et unitas. nam punctus est substantia posita
 et ideo solum ponit in corporalibus. unitas
 uero est substantia non habens positionem
 ideo est in spiritualibus. sic gradus dicit sup-
 positionem uel gradus uel dignitatis. ordo ue-
 ro dicit habitudinem ad principium sine po-
 sitione. Ad illud igitur quod dicit Augusti-
 nus R^r quod improprie loquitur in utroque uerbo
 et causa summe ibi pro principio. gradus autem
 summe pro ordine. Ad illud uero quod obicitur
 de sub. R^r quod sub. in diuinitate non dicit subaucto-
 ritatem sed solum habitudinem secundum
 rationem intelligendi. illud autem quoddam
 du

dicitur de auctoritate uerum est secundum
 q. auctoritas sonat in rationem dominij q.
 hoc ponit gradum. sed sic non habet locum in
 diuinis. sed solum secundum q. dicit ratio
 nem principij. Et hoc ponit ordinem in cog
 noscendo. // // // //

De materia huius distinctionis agit d. Thomas
 1. p. q. 29. ar. 3. et q. 30. ar. 4. et ibi interpretet

circa hanc distinctionem
 querit de ueritate con
 clusionis ipsius.

Pro huius questionis dispositione et for
 ma sume tibi quattuor articulos ques
 tionis. 29. prime partis. et duos priores
 articulos questionis. 30. eiusdem par
 tis. et ex ipsis. Seruatis seruatis. in pla
 iam multoties repetita. conficies un
 a perrandam disputationem.

De sume quattuor articulos ques
 tionis. quam circa hanc distinctionem
 enodat ipse angelicus doctor. et cum
 ipsis et ex ipsis mutatis mutandis
 efficere poteris etiam integram. nec
 temendam lectionem oppositionis.

Distinctio vigesima sexta que incipit. Nunc de proprietatibus personarum est.

Per alios tractatus de divinis nominibus. In presenti distinctio (qua octo capitulis absoluit) incipit magister agere de proprietatibus personarum, a quibus nomina imponuntur. Et dividitur in tres partes. In prima ostendit propositum, scilicet quod nam sine illis proprietatibus a principio distinctio usque ibi, sic querit quomodo. In 2a movet quamdam questionem circa dicta, et solvit eam usque ibi hic queri potest. In 3a ponit aliam questionem, quam deservit, usque ad finem distinctiois, qua in epistola redacta sic habet.

Loquentes de divinarum personarum proprietatibus imprimis cautos nos esse oportet de nomine Hypostasis, quia ~~est~~ ^{est} propter hęreticorum versutiam, qui ea utebantur pro persona simul et essentia, et per hęc simplices capiebant, quod tamen modo pro persona tantum sine periculo accipitur. Est autem proprietas patris ut sic (non quod ipse non sit natus) sed generare, et proprietas filii, non quod non generet, sed quod sit genitus, et proprietas spiritus sancti est, non quod ipse sit natus vel generet, sed quod a patre et filio procedat, quod quidem proprietatis relationes que dantur sunt quibus persona ad invicem relata distinguuntur, et paternitas, filius, et processio dicuntur.

aut innotabilitas

vide Hieronymus de fide catholica ad Damasum papa[m] sic ab Ariano Pseudo Synthaseon et Nestorianen a me Summe Damiano exigit interrogamus quid tres Hypostases arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes aiunt. Respondeamus nos ita credere non debere. Sensus ipsum nomen significare quod nescio quid venoni in syllabis latet. clamamus sequis tres Hypostases. et est tres subsistentes personas non confitetur anathematis sequis autem Hypostasem vitam intellexerit non tribus personis unam Hypostasem indicet aliam a tribus. qui sci licet tres Hypostases dicent sub nomine personarum tres naturas et naturas asserere non merentur. hęc rationes suscipiuntur et eximias sententias dissentiant. ac prout ve nenum sub melle latet et

angelus salbans transfigu
rae se in angelum lucis.

sumunt

dicuntur

non enim indivinis et
sicut in rebus creatis et
mutabilibus in quibus
quod non secundum subs
tantiam dicitur restat ut
secundum accidens dicitur

proprium est spiritus sanc
ti cum tamen et alia sint
donada qd ipse proprietate
inmutabilis et eternado
num est. et.

cunt, a quibus et personarum nomi
na scilicet Pater filius et spiritus sanc
tus sumunt. nec tamen qd relatiua sunt
accidentaliter ~~dicuntur~~ (quamuis non dicuntur
dicuntur) nec temporaliter. sed
trier substantialiter) nec temporaliter. sed
ab eterno et incommutabiliter. dicitur
vero solus filius indivinis proprie filius
dei. homines autem filij dei per adoptio
nem dicuntur, quia aliquando non fuerunt
dei filij, immo potius filij ita nisi larga
quodam acceptioe uelimus eos filios
dei per creationem (sicut et quamlibet
sua creaturam) appellare. In filio autem
eterno nihil est quod non sit filius, est qd si
suis naturalis natiuitate non imitatione
et diue filius patris, creatorque autem dei
aut trinitatis per creationem tantum fi
lij dei queunt. Hoc etiam quod est esse
donum proprietate est qua spiritus sanctus
ad alias personas refertur. Et quamuis o
mnes persone communiter nomine spiri
tus sancti appellari possint. (sumptis no
mine spiritus sancti a spiritualitate, et
non a spiratione, et tanqz duae dictiones dis
tinctae, et non una) tertia tamen personae
appropriat sumptum relative, quamuis
sub hoc nomine non habeat sibi correlatiua
respondentia (sicut sub nomine doni) neqz
enim dicimus pater est spiritus sancti pater
aut filius est spiritus sancti filius, ac proinde in

Sic oportet accipere magis uocabula se-
 cundum sensum significationis, q̄s se-
 dum sonum uocis. ut dicat spiritus sanctus
 spirator spiritus sanctus. Et donum est
 datus donum. Sicut etiam in creatis di-
 cimus caput est capitati caput, et ala est
 alati ala. Et factenus de litera distindis
 nis. quam Magister Sacer prosequit induc-
 tis auctoritatibus precipue Ambrosij Lib. de
 fide. cap. 10. Augustini. 5. de trinit. cap. 5. et
 12. et Boetij. 17. ^{4 et} ex qua tres eluuntur

conclusiones in quibus eius tota summa consistit
 1. conclusio. Nomina proprietatis persona-
 les significantia. nunq̄ accidentaliter. sed
 immobilitate et relative dicuntur.
 2. sola secunda persona in deitate propri-
 e dicitur filius dei. et tertia proprie dicitur
 num̄ dei.
 3. conclusio. q̄s uis hoc nomen spiritus sanctus
 tertia persona specialiter appropriat, eo tamē
 quod quodq̄ omnes tres personae communiter ap-
 pellantur

uel forsa
 timone
 bus -

Hieronymus ad Dama-
 sum. 1. corint. 11. Au-
 gustini. de fide ad Petru.
 c. 1. et 2. ad ephess. 2

Hilarij. lib. 12 de trin
 psalm. 81. exodi 4. et
 deuter. 6.
 ex qua ~~conclusionibus~~
 elicit conclusio in
 qua eius fere summa
 sistit. huc talis est.
 Nomina proprietatum
 personalium relative
 sed non accidentaliter
 dicuntur. Trium autē
 personarum secundas
 lites tertia spiritus san-
 ctus appellatur. q̄s uis
 ecclie nomen commune
 sit toti trinitati -

Dubia Literalia

Sive textus expositio
 circa illa uerba prope medium capitis pri-
 mi (ab arrianorum presule Hypostasio
 nouellum nomen a me Somine romano
 exigit) dubitat. quomodo si est nouellu
 nomen. Apostolus dicit. 1 Timot. ultimo
 uocem nouitatis esse uitandas. illud ullo
 modo admittit. Preterea Damascenus dicit

metuere sic
 Personam perhibere dis-
 tinguere proprietate
 predicat externum
 tamen illigenus.

1

etiam

eie q, Hypostasis est substantia cum acciden-
 tibus. sed in diuinitis nullum est accidens, er-
 go nec admitti debet Hypostasis. R. q, unitas
 quando q, sonat in vitium, quando q, non
~~sonat~~ quando est talis adiunctus, q, sententi-
 am facit que non habet ortum ex ueritate
 antiqua. tunc est uere nullum et sicut
 ut Apostolus esse fugiendum et propterea ad-
 dit profanas, ~~etiam~~ quantum ad intellectus
 sanum non erat nouum sed quantum ad
 intellectum quem ~~supponebant~~ figuraliter
 ad illud quod obicit de auctoritate Damas-
 ceni. R. q, nomen Hypostasis dase non impo-
 tat respectum ad accidens, sed solum ad propi-
 etatem distinguentem que ^{quia} in creatura
 tris est accidens. ides dicit subiectum cum
 accidentibus. non est autem sic in deo.

contra illa verba ~~in~~ circa finem capitis
 primi (sed mihi credite venenum sub melle
 late) arguit q, cum hoc non dicat nisi per
 errorem conuictus uidet q, talia nomina o-
 mnia essent fugienda. R. q, uenenum no-
 latebat sub nomine, sed sub eorum inter-
 tione siue occasione, qui ex hoc occasio-
 licet uolebant inducere in heresim. vel
 potest dici q, uenenum latebat non quan-
 tum ad significationem, sed propter dubi-
 tationem et ides nunc cum determinata
 est eius significatio absq, dubio est tener-
 dum. ~~etiam~~

contra illa verba prope initium capitis se-
 cundi (aliud est gennisse q, natiu esse) ar-
 guit q, cum aliud dicat diuersitatem in
 essentia secundu hoc uidet q, generatis
 ac

adina et Nativitas differant per essentia
quod est contra fidem. R^o dicendum q^o a
suo non dicit ibi diversitatem a patre rei
absolute, sed per comparationem ad dicit
tem et intelligentem quasi dicit aliud est
intelligere sive ducere patrem generare et
suiusmodi. Et siue alietati non subest di-
versitas essentia, sed alietas proprietatis.

4
contra illa verba post initium capituli secun-
di (et est proprietas solus patris non q^o n^o
est natus ipse) arguit q^o videtur sibi contrari-
ari infra distinctione vigesima octava ubi di-
cit q^o hoc quod est ingeneratus est proprium
patris. Sed ingeneratum idem est quod non geni-
tum, ergo. R^o q^o Augustinus loquitur de hoc
quod est non natus, secundum quod dicitur pu-
ram negationem, et sic non dicit proprie-
tatem. Ingeneratus enim pro ut est proprietas
non est pura negatio.

5
circa illa verba capituli tertij in principio
(nihil inde secundum accidens q^o nihil ei
accidit) dubitat et videtur q^o illa ratio nihil
omnino valeat, q^o multa sunt accidentia
aut amissa separabilia, et talia non sunt amissibilia
nihil. R^o cum ipse Augustinus q^o omne accidens aut
est per naturam immutabile, aut amissibile
aut potest circa subiectum suum intendi
vel remitti. Et ipse non dicit q^o sic accidens
q^o potest amitti, sed q^o potuit advenire ei pri-
us existenti, vel recedere a re prius existente
vel saltem intendi remitti aut variari.
Et si dicas q^o accidentia non possunt variari
secundum Boetium verum est de alteratio-
ne a subiecto in subiectum, tamen certum
est q^o in eodem intendunt. Aliter potest
rei

respondere q. accideris potest comparari ad
4. qz male sedat & qualitas attribu-
ta essentialia appropriant personis

5. qz saltem male appropriat Nila-
rius & eternitatem patri. speciem filio
et usum spiritui sancto.

6. qz saltem Augustinus male appro-
priat unitatem patri. & qualitatem
filio. & nexum spiritui sancto.

7. qz admitti saltem non debet dictū
Augustini scilicet qz omnia sint unū.
propter patrem.

Reliqua proseguere iuxta normā
p'fixam.

Distinctio Trigesima secunda
 qua incipit. Hic oritur questio etiam.
 Postquam Magister tractavit in precedentibus
 de quibusdam appropriatis personarum
 In presenti distinctione (quod nonnem ca
 pibus absolute) questiones quasdam
 ex assignatione dictorum appropriato
 rum emergentes determinat. et dividi
 t in tres partes. In prima explicat qua
 liter persona se habeant secundum pro
 prium. et appropriatum spiritui sancto
 a principio distinctionis usque ubi preterea
 diligenter est investigandum. In secunda
 quomodo se habeant circa appropriationem
 filij usque ubi preterea diligenter est no
 tandum. In Tertia quomodo se habeant
 circa utrumque simul. usque in finem
 distinctionis. que in epigrammen redacta
 sic habet.

Pater et filius indivinis diligunt se spi
 ritu sancto, et hoc accipiendo diligere no
 tronaliter ut sumitur pro communi spira
 tione differente scilicet ab essentia secun
 dum rationem. Non est autem nec
 verba illa proposita pater ^{sapientia} ~~et filius~~ sa
 pientia genita. seu per carnem sapientiam
 quam genuit ne filius qui est sapientia
 genita, videat esse causa sapientie in pa
 tre. At cum quere an filius sapiens sit
 sapientia ingenita concedi debet eo quod
 eadem sapientia sapiens est, qua pater. est
 enim

262

cum autem Apostolus con
 tum dei virtutem et sapie
 tiam dicit. Sapientiam deivi
 ritatem que a deo patre est in
 celligite. non qua pater sa
 pientia. sed se ipsa sapientiam
 genita.

sicut illa pater est sapi-
 entia ingenerata. non
 in habitudine primi
 principii productivi. quia pater
 a nihil est. sed in habi-
 tudine formae. sicut
 ergo filius per se agit sed
 non a se ita debet dici
 sapiens per se sed non a se
 quemadmodum et pater
 deus est sed non a se vel
 de se.

enim sensus quod filius est de sapientia in-
 genita. concedit etiam a quibusdam illa
 filius sapiens est sapientia genita vel se-
 ipso. quod idem est. non tamen a se ipso.
 est autem una eademque patris sapientia
 genita et ingenerata secundum rem. secun-
 dum rationem tantum different; Soce-
 rim additum patris facit sapientiam
 stare pro persona. si tunc absolute poni
 et stat pro essentia. sicut et de dilectione
 est considerare. Unde et sicut in deitate
 est dilectus. quia est pater filius et spiritus
 sanctus scilicet ipsa divina essentia. Et
 tamen spiritus sanctus est dilectus quia
 non est pater nec filius. nec tamen per hoc
 sunt duae dilectiones. sed una tantum. sic
 et in modo de sapientia. Denique et dili-
 gere sic capiat essentialiter et ut idem est
 quod esse. tunc pater non diligit spiritus san-
 ctus sed bene si capiat personaliter pro
 passiva spiratione. Tunc enim est idem
 sic quod divina essentia secundum rem
 non tamen secundum modum signifi-
 cationis. Secus tamen est hic de sapere quod
 semper essentialiter sumit. Vltimo ma-
 gister querit supposito quod pater non sapit
 filium. quomodo potest deus quod diligit per
 spiritum sanctum et excusat se a solutio-
 ne huius questionis (cui ex dictis responde-
 ri aliquatenus potest) ut pote diffinitur. et
 ad

addit q. sane intelligendum est q. pater
et filius diligunt se spiritus sancto et tamen
q. dilectione essentiali diligunt se pater et
filius. Et Salmus de littera quam ma
gister Latus prosequit inductis auctorita
tibus precipue Augustini lib. 15. de trinitate
cap. 7. et lib. 6. et Hilarij lib. 9.

August. lib. 33. qq. 23. q.
et. 1. co. int. 1.

ex qua
tres elucunt conclusiones in quibus eiq
tota summa consistit. Vel una tria membra
Prima conclusio. Pater et filius diligunt
se in utro spiritus sancto ab eis procedente.
2^a. nec pater nec filius in rigore potest di
ci sapere sapientia genita uel nascente.
3^a. Unatantum est sapientia patris geni
ta et ingenita secundum rem. differens
secundum rationem.

~~ex qua~~ //
ex qua ~~conclusiones~~ ne
talis elicit conclusio
in qua eius fere summa
sunt. Pater et filius
dicunt se diligere spiritu
sancto, non tamen sape
re sapientia genita, que
secundum rem idem est
cum sapientia ingenita
Patris

metrice sic

quam uis se genitor spi
ritamine diligit alio
attamen ex genito non
sapientie sapit.

II - Dubia Literalia siue. t. exp

1
circa illa uerba prope medium capituli ter
tij (uel hac sapientia sapiens sic quater
it) dubitat q. ex littera talis elicit ratio
Augustini si pater est sapiens sapientia ge
nita quam genuit. et hoc est ei esse quod sa
pere ergo est sapientia genita. Arguit
ergo contra q. illud non ualeat hoc est pa
tri esse quod operari sed operat per filium
ergo est per filium. ergo nec similiter illud
argumentum ualeat. Si dicas non esse simi
le. q. operari consistit effectum. Obicit
quidem est patri esse. quod esse patrem sed

ta

tamen non valet pater deitate esse deus er-
 go deitate est pater ergo similiter non va-
 let hoc argumentum est sapiens sapientia
 genita ergo est sapientia genita. Pro dicitur
 quod argumentum Augustini est necessarium
 quoniam esse sapientem et esse in divinis
 non differunt modo dicendi et a parte rei
 sed solum a parte nostra. non sicut enim est
 se et operari quoniam et si operari quantum
 ad principale significatum sit idem, quod esse
 tamen quantum ad constitationem differt
 et potest esse extraneum. et ita potest ibi
 se accidens tamen hoc quod est esse deum et
 esse patrem quoniam non differunt quan-
 tum ad essentiam vel modum essendi, diffe-
 runt tamen quantum ad modum se haberi
 videlicet quod est vere in divinis absolutum et
 paratum et idem non transit paternitas in
 substantiam sicut sapientia ac prorsus ha-
 bet alium modum dicendi, qui potest esse ex-
 transeus respectu alicuius attributi idem ibi
 est accidens non autem in argumentis. Au-
 gustinus

contra illa verba in fine capituli tertij (pa-
 ter non est sapiens sapientia genita, sed se-
 ipso sapientia ingenita.) Arguit videtur enim
 maledicere, quod sicut paternitas appropriatur pa-
 tri ita sapientia filio, sed paternitas non de-
 bet dici genita sicut dicit Augustinus lib. de
 incarnatione verbis, ergo nec sapientia po-
 test dici ingenita. Item si po-
 test dici ingenita sapientia pari ratione po-
 test dici sapientia procedens. Ita videtur quod sa-
 pientia sit appropriabilis spiritui sancto sicut
 et

sicut de filio. Iuxta quod dicitur quare mundum
 potentia de potentia. Sicut sapientia de sapie-
 tia. Sed R^r q. sapientia est de rationibus me-
 diis que sunt nata supponere pro persona. et
 ides sicut dicit deus de deo, et deus genitus, et
 ingenus ita dicit etiam sapientia. non tamen
 ita proprie quoniam abstractum est quoddam
 modo. magis tamen dicit sapientia de sapi-
 entia. quod eternitas de eternitate. quod eternitas
 significat in maiori abstractione. quod sapientia
 et sic inde magis abstracte a ratione originis
 secundum hoc etiam est concedendum quod possit
 dici sapientia procedens. Sicut ad huc minus
 proprie nec valet argumentum; quamvis
 etiam sapientia rationis appropriabilis spiritui
 sancto. tamen per determinationem adiunctam
 potest trahi.

Ad illud quod dicitur de potentia. R^r q. non
 ita proprie dicitur potentia de potentia. sicut sa-
 pientia de sapientia. quoniam sapientia ap-
 propriat filio qui est ab alio. et ab alio habet
 omnem quod habet ergo et sapientiam ab alio
 habet. ides sapientia genita ex sua appropi-
 atione presupponit sapientiam ingentam. sed
 potentia appropriat patris. qui non est ab
 alio. ac deo non dicitur potentia de potenti-
 a. vel potentia genita.

3 circa verba verba Augustini in rotula ubi dicit
 sed melius istam questionem in lib. de trinitate
 tractavi. dubitat quoniam et inveniuntur
 ab Augustino recitari videtur. quod comparatio.
 in utroque extremum presupponit rem sui po-
 sitivam ergo si ubi melius utrobique bene. ergo si
 ubi dicit quod pater est sapiens sapientia quam ge-
 nitus videt quod dicit verum. R^r q. abusiva est
 comparatio quoniam in lib. de trinitate dicit
 con

contrarium huius. Et idem si ibi bene constat
quod sic male quantum ad hoc tamen quod aliqua
verba dixit in lib. 33. qq. de hac questione. id
non omnino male. sed quodammodo bene. quod
dammodo male et idem dicit quod melius innu-
ens quod aliquis ibi sic male dicitur qui enim
num oppositum astruit per consequens des-
truit alterum.

Contra illa verba post initium capituli quarti
~~Sapientia ingenerata~~ (relinquitur ut sapientia geni-
ta sic sapiens de sapientia ingenerata) arguit
quod non videtur respondere ad questionem non
enim querit de sapientia ingenerata siue an filius
sic de patre. sed de hoc querit utrum filius sit
sapientia ingenerata? Per dicendum quod magi-
ster in paucis verbis innuit quod aliquem esse sa-
pientem aliquo contingit dupliciter scilicet
aut ita quod ablativus creetur formaliter. et sic
filius est sapiens sapientia ingenerata et pater est
sapiens sapientia ingenerata: aut ita quod creatur
originaliter et sic cum sapientia ingenerata sit de
sapientia ingenerata filius est sapiens sapientia
ingenerata, sed quod ablativus ut in plurimum
constituitur in ratione formae. idem magister cau-
te bene dicit quod filius qui est sapientia ge-
nerata est de sapientia ingenerata sapiens. ut ver-
bum non habeat calumniam ac subride be-
ne respondet.

Circa illa verba prope finem capituli quarti
(Cum ergo est una sapientia. et tamen solus pa-
ter est ingenerata sapientia) dubitat quod vide-
tur dicere opposita quod ista duo proprietates sa-
pientiam contrahunt. et cum sint proprie-
tes distinctae distinguunt. et hoc patet quod solus
pater est sapientia ingenerata ergo si sapientia
distinguitur esse alia et alia sapientia. ergo non
una

vna. Item uidetur falsum dicere cum dicitur qd
 Ius pater est sapientia ingenita. aut enim di-
 citur sapientia essentialiter aut personaliter
 si personaliter ergo responsio est sapientia ge-
 nita et ingenita, cum pater et filius non sint
 una persona. si uero essentialiter, ergo responsio
 Ius pater est sapientia ingenita. R. qm
 in re sapientia. duo possumus considerare sui
 sicut significatum, et suppositum, et quan-
 tum ad significatum dicitur essentialiter, sed sup-
 positum est persona. et ille determinationes
 genita et ingenita non respiciunt significa-
 tum, sed suppositum et ides distinguunt suppo-
 situm manente eadem unitate in significato
 sicut in forma. et sapientia genita et ingenita
 est alia et alia persona sed non est alia et alia
 sapientia sicut non est alia essentia et ides
 magister bonum exemplum ponit in hoc ter-
 mino deus quod significat essentiam, et sup-
 ponit personam. Quando ergo queritur an dica-
 tur essentialiter, an personaliter. dicendum
 qd quantum ad significatum dicitur essentiali-
 ter, sed quantum ad suppositum dicitur perso-
 naliter. et ita nulla est controuersia.

6 circa principium capituli quinti. ubi queritur
 an filius sit sapiens seipso uel per se ipsum (et
 illa uerba (quidam dicunt multiplicem benefe-
 ri intelligentiam) aduerte qd iam patet ratio
 hanc opinionem qd primi accipiebant hanc
 propositionem per prout dicitur habitudine
 cuiuscunq; principij. Alij uero accipiebant se-
 cundum qd quasi ordinatur contra hanc propo-
 sitionem a. uel ab que designat habitudinem
 prin

comuni-
 ter

principij efficientis. Unde hęc propositio per
 designat Sabitradinem in diuinitate quae se forme
 et sic non debent q. filius perse sapiens est.
 contra illa verba ex Hilario post medium capi-
 tus quinti (ut ita perse agat filius ne a se agat
 et ita non a se agat q. perse agat). Arguitur
 non agit filius a se et pater in eo monstratur
 et similiter filius manet in patre ergo pari-
 ratione pater a se non agit. Item falsum ui-
 det decere cum dicit infirmus sic non a se agē-
 do nisi a deo ipse agat q. secundum hęc enim om-
 nis creatura agit a deo. tunc uidet esse agens
 infirmum neq. in hoc uidet filius differre ab
 alijs. R. dicendum q. Hilarius dicit in cen-
 tū ostendere in verbis domini ex Ioanne eua-
 ng. et illa dicit incedit ducendo ad impossibile
 ipse enim dominus dicit Ioannis. 14. Verba
 que ego loquor a me ipso non loquor pater
 uerū in me manens ^{ipse} facit opera. ex hoc ergo
 arguit q. filius non agit a se sed a patre ma-
 nente in se non tantum ut consubstantia-
 lis, sed ut principium. Sic autem non manet
 filius in patre sed tantum ut consubstantia-
 lis. alia est auctoritas Ioannis B. qui dicit
 sic me non reliquit me solum q. quecunq. pla-
 uita sunt facio semper. si ipse facit semper
 una cum patre ergo est una uirtus eius et patris
 et sic agunt una uirtute. tunc ergo perse agit.
 hęc dicit probat per deductionem ad impossi-
 bile q. omnis potentia est a prima potentia
 que primo residet in patre. ergo si filius non
 potest a deo simpliciter est impotens uel in-
 firmus q. infirmus habet potentiam defic-
 di a se non a deo. Item si filius non agit
 per

^ natura cui contra
 deus hęc hęc
 uirtus est.

per se non agit per virtutem propriam sibi
 innaturali, ergo alia est virtus patris et
 alia filij a se enim et non a se non facit dis-
 tinctionem innatura sed solum in persona,
 quod dicitur rationem principij vel originis. Per
 se autem et non per se, quod per se dicitur contra
 per accidens ^{et} per aliud ponit diversitatem
 innatura. Et idem filius agit per se, quam-
 vis non a se. // // //

8

circa illa verba prope medium capituli sexti.
 (una est tantum sapientia patris sed non uno
 modo dicitur) dubitatur et arguitur contra quod sa-
 pientia semper est essentialiter, ergo falsum
 dicitur quod non uno modo dicitur. Per quod magister
 non vult quod sapientia sic dicitur multipliciter
 sed quod sapientia patris quod genitivus potest con-
 trahi in ratione originis et sic filius dicitur sa-
 pientia patris, vel ipsa sapientia genita sa-
 pientia patris quod est a patre. Vel potest inel-
 legi in ratione subiecti ut dicitur sapientia pa-
 tris sicut albedo Petri. Et sic sapientia genita
 non dicitur esse patris sed filij, quod ergo ratio passi-
 va importata per hoc ad rectum genita non
 est in persona patris et filij una falsa est locu-
 tis ratione determinationis, non ratione eius
 quod est sapientia, quod una et eadem est sapien-
 tia patris et filij et spiritus sancti. Et illa est
 sapientia patris et filij et spiritus sancti, quod
 ad modum dicitur genitus, deus ingenus et deus
 procedens sunt unus deus quod propter communitatem
 forme significatae, id est deitatis et sapientiae,
 dicuntur unus deus, et una sapientia. Sed pro-
 pter distinctionem hyposthasum subsistentium
 in deitate et sapientia dicitur sapientia genita
 circa illa verba in principio capituli septimi.

q. 15.

7.

et

Et sicut in trinitate dilectus est quae est pater
 filius et spiritus sanctus quae est ipsa essentia
 deitatis et tamen spiritus sanctus dilectus est
 quae non est pater, uel filius) nota q^d ratio hu
 ius est q^d personale non ponit in numerum
 cum essentiali q^d persona non realiter ab es
 sentia distinguitur ut infra patebit.

De materia istius distinctionis tractat d. Thom
 1. p. q. 37. ar. 2. et q. 41. ar. 3. ad 4. et ibi in
 terpretes.

quae utrum uerasit con
 clusio distinctionis istius?

Pro hac conficienda et pro sequenda quae
 trone sume tibi primum articulum quae
 questionis 37 primae partis diu Thomae. et
 tres articulos per ordinem questionis pri
 mae quam eodem sanctus doctor circa hanc
 distinctionem examinat. et proponit ex
 singulis prima argumenta. Sic -

Primum q^d amor nullo modo sit nome
 proprium spiritus sancti

Secundum q^d dato sit proprium inde se
 qui uidet q^d pater non diligit filium spu
 sancto


3. q^d nec se diligeret pater spiritus san
 to -

4. q^d nec nos pater diligeret spiritus

Reliqua dispone iuxta regulas tradi
 tas

q̄ si tibi dicta non videbunt Satis sume
duos articulos secundū questionis, quam
circa hanc distinctionem discutit d. tho
mas. Vtrum scilicet sapiens sit pater
sapientia genita? aut saltem filius sit sa
piens sapientia genita? et ex ipsa efficiet
questionem appendicem, ad rem, neq̄
appertinendam.

268



Distinctio Trigesima Tertia

quae incipit. Post supradicta est.

Postquam magister in precedentibus egit de proprijs et appropriatis, in presentibus tractare (quae decem capitulis absolvit) incipit agere de differentia communium et propriorum, et dividitur in tres partes. In prima determinat unitatem, a principio distinctionis usque ibi. Hoc autem aliqui negant. In secunda Respondet ad contrarias rationes usque ibi, verum tamen non desistunt. In tertia respondet ad contrarias auctoritates usque in finem distinctionis, quae in epistolum redacta sic habet.

Divinarum personarum proprietates sunt ipsa persona, sunt et divina essentia, ut paternitas est pater, et divina essentia: sic et filiatio filius, et processio spiritus sanctus. Nulla enim in divinis potest esse diversitas, neque compositio immo potius ob divinam naturam simplicitatem, deus est quidquid sciat ubi non repugnat relativa oppositio. Fuerunt autem aliqui, qui hoc negantes dixerunt ipsas proprietates non esse personas, sed quasi personis extrinsecus affixas, quod si proprietates essent personae eas non distinguerent, sed hoc non sequitur quod res seipsa distingui, aut determinari potest. Ar
guit

270

et si id pater est quidquid sciat et filius similiter, non tamen pater sciat filium esse filium, nec filius sciat patrem esse patrem

Unde Hilarius immen-
sum (ait) est quod exigue
et incomprensibile ex-
tra significantiam est
sermonis, extra sensum in-
tentuonem, non enunciat
non attingit non terret
verborum significantiam
rei ipsius natura consu-
mit, sensus contemplati-
onem imperspicabilem
en. obsecrat, in sermone
ergo non iam infirmitate
sed silentium confitebor

Secundo dicentes si proprietate
sunt divina essentia ergo et in eis con-
ueniunt personis sicut et in ipsa essentia.
Sed non attendunt ibi repugnare rela-
tivam oppositionem. plerum tamen
Sorum intellectum nullus mortalium
habere potest sed standum est in his ue-
ritatis fidei. Neque etiam sequit paterni-
tas est in essentia, ergo essentia genera-
ta ut istius lebane, non enim est ibi deter-
minando uel distinguendo eam sicut

et iuxta hunc sensum
Iohannes Damascenus sic
ait characteristica des-
mata sunt id est deter-
minatae proprietates
Sypostases non natu-
rae etiam Syposthasim
determinant non natura
id est sicut paternitas -
et filialis sine indigina
essentia cum eam unde
terminent non potest
dici quod divina essentia ge-
neret et generetur, uel
quod eadem res sit sibi pa-
ter et filius. Si quibus
quomodo Suis modi pro-
prietates non possunt esse
in personis quoniam eas deter-
minant et tamen sunt
in essentia sine eo quod deter-
minant ipsam? Respon-
des autem magister cum Hi-
lario ego nescio non re-
gunt, sed consolabor quod
archangelus nesciunt, ange-
li non audierunt, secula
nunciant prophetarum
serge Apostolus non inter-
dolor quod relatum hoc credendo incipe, percurrere persiste, et si non per-
uenturum sciam, tamen gratulabor profecturum

est in persona cuius est generare. Vlti-
mo ponit quasdam auctoritates quibus ui-
det probari quod aliud sit individuum sub-
stantia et aliud proprietas. et Respon-
det quod Augustinus non intendit per illas
auctoritates asserere proprietates esse
aliquid diuersum ab essentia sed insinu-
are diuersitatem rationis inter illa. Et
hactenus de littera distinctionis quam
magister Latinus prosequit in duobus au-
toritatibus precipue Hieron. 4. in ex-
pla. ad symb. adian. Relati^{6. let.} 7. de trimem.
Ioan. Damasc. 3. de fide orthod. Augustin.
in psalm. 68 ^{um. 3} et Ioan. 3 ^{et. 10. 1} et ex quibus tres

elicuntur conclusiones in quibus esset to-
ta summa consistit, uel una trimembris
Prima conclusio proprietates personales
sunt idem cum personis, et natura diuinis

secundo dicitur quod si filius ipse non esset cessat ergo
2a

2^a conclusio. Non quod proprietates personales sint idem cum divina essentia sequitur quod ipsa generet et errant contra rium existimantes.

3^a fallunt qui ex identitate paternitatis et essentia inferunt paternitate patrem esse deum.

ex qua in membris elici
conclusio in qua tota
eius fere summa consistit
quod talis est.

Proprietates personales
sunt idem cum divina
essentia; nec proinde ip
sa generat, aut pater pa
ternitate est deus.

1
~ II. Dubia Literalia. siue, t. exp
circa illa verba post initium primi capitis
(superius quoque multis sanctorum
terminis ostendimus est) nota quod pro
prietates probat esse personas et ratio talis
est. proprietates distinguunt personas sed per
sonae ab aeternis sunt distincta. ergo et pro
prietates sunt ab aeternis sed nihil est aeternu
nisi in deo ergo proprietates sunt in perso
nis. quod quod aeternum est in personis est ipse
persona. alias compositum esset in persona
ergo est.

metrice sic
Unipersona quod conue
nit omnibus apta.
conueniet modo in dem
pta relata sicut -

2
circa illa verba in principio capitis quinti
(horum doctrinis nonis et diuinae es me
tis verbo Hilarij respondes est) dubitatur
quod videtur insufficienter respondere. non enim
soluit argumentum sed dicit quod est incompre
hensibile. et videtur quod ista euasio nulla sit.
aut enim argumentum necessarium conclu
dit. aut sophisticum si necessarium tunc cum
conclusio procedat ex ueris est uera. si non
necessarium tunc sophisticum est. sed uerum
sophisma non est incomprehensibile ergo
male applicat auctoritatem Hilarij. Re
ducendum quod ad argumentum facile est res
pon

ponderare quod ibi est sophisma secundum accidens. proprietas est essentia et essentia non distinguit ergo nec proprietas. Et hoc magister non dicit incomprehensibile sed dicitur tanquam sophisticum et indignum discussionem maiorum. Sed illa questio veritatis que sequitur incomprehensibilis est secundum statum vice quaeritur si per omnimodam identitatem predicatur essentia de proprietatibus et e converso et hoc distinguunt illa non sicut est rubis incomprehensibile. quod enim videmus per speculum intelligimus per similitudinem sumptam a creaturis. Et hoc videtur
 secundum subiecto Sabae simile immo est deus dei proprium propter similitudinem simpliciter a proinde illic dicitur magister incomprehensibile. nec est simile de genere et differentia quod genus predicatur de differentia et hoc distinguunt et illud non quod non predicatur per identitatem. idcirco Hilarius dicit quod est incomprehensibile describit incomprehensibilitatem quantum ad triplicem viam quantum ad receptivam cum dicit incomprehensibile etc. quantum ad expressivam cum dicit extra sermonis ^{signi} ~~significacionem~~ ^{et} quantum ad indicativam cum dicit extra sensus intentionem et alia quae sequuntur sunt tribus aptantur ut patet inspectis
 circa illa verba in principio capitis septimi (quorum audacia resistentes etc) nota quod intendit asserere proprietates quae sunt in hypostasibus et eas determinant esse in
 es

4

3

essentia sed eam non determinare. et uide,
 esse oppositis quia omnis proprietas est
 determinatiua eius in quo est. ergo si pro-
 prietas ~~non determinatiua~~ non deter-
 minant essentiam non sunt in essentia.
 Per uerendum iuxta sententiam magistri
 quod hec propositio in demota dicitur
 Sabitudines aliter enim dicitur pater
 in filio aliter paternitas in patre pater
 in filio esse dicitur non sicut proprietas distinc-
 tiva sed sicut persona consubstantialis pa-
 ternitas in patre sicut proprietas distincti-
 ua et sic uult dicere magister quod aliter sicut
 sicut dicitur esse proprietates in essentia quod
 in persona. nam in essentia dicitur esse prop-
 ter identitatem. itaque in omnibus dicitur idem
 tatem in personis autem dicitur sicut uer-
 ra proprietates in Hypostasibus. et deter-
 minationes in determinatis. in creaturis
 uero non est unus modus sine alio quod pro-
 prietas non omnino idem est cum eo cuius
 est proprietas et ideo in creaturis non dicitur
 esse proprietas in aliquo nisi in eo cui in-
 heret non sic in diuinis.

4
 Contra illa uerba in principio capituli octauo
 Respondeo tibi et sic cum Hylario ego res-
 co uis labor tamen me quod archangeli non
 ciunt. angeli non audierunt etc. Arguitur
 quoniam angeli et archangeli cum sint
 comprehensores omnia cognoscunt que
 sunt de substantia gloria. ergo cognoscunt
 distinctionem personarum. essentia unica-
 tem et modum. ergo uident quare propri-
 etates determinant essentiam ^{non} sed ~~non~~ hypos-
 tases. Preterea si comprehensio erit de
 qui

quibus est modo fides. et modo dicta fide
 tenemus. ergo in patria uidebimus et usq[ue]
 noscemus. R^r cum Augustinus in detri-
 nitate² sicut fovea dicit esse egea non q[uod]
 ipsa non uideat. sed q[uod] quid habeat nos os-
 tendit alijs. sic angeli et sancti dicuntur
 ignorare predicta mysteria proquante illa
 non reuelant alijs. et q[uod] si uis modo non
 habere simile in creatura immo magis
 dissimile dicunt nobis incomprehensibilia
 et ramouet Hilarius triplicem cognitione[m]
 quam habemus de rebus diuinis. una est
 per angelorum reuelationem. alia per pro-
 phetarum illustrationem. tertia per Apo-
 stolorum predicationem. et dicit angelos
 non audire. q[uod] ipsi recipiunt reuelationem
 a maioribus et nobis exprimunt. magis
 ter ergo bene respondit ostendendo insuffi-
 cientiam. si enim querat quare proprietas
 est in persona ut distinguens, messentia
 non. R^r q[uod] persona habet se ad aliam et
 refert. et distinguit. et hoc responso, adhuc
 manet questio. quare persona refertur. et
 respondet q[uod] una est essentia, tres personae.
 Si autem ulterius querat huius simile. non
 inuenitur ac proinde oportet in fidei fun-
 damento sistere.

circa illa uerba prope finem capituli septi-
 mi (nos autem aliter fore ista intellige-
 da dicimus) notandum super ista solutio-
 ne quam sic ponit magister q[uod] locutiones
 istae. quas proponit Augustinus scilicet pa-
 ter non est in eo substantia, quod est pater
 et consimiles duplices sunt. q[uod] ablatiuus in
 po

portat similitudinem in ratione forma si-
ue causa formalis. quamvis ~~indivisibilis~~
indivisibilis non cadat vere similitudo causa de
quantum ad rem. sed quantum ad ratio-
nem intelligendi. potest ergo causalitas
cadere sub negatione. ut sit negatio causa-
litatis. Et tunc veritas est vera. et in hoc se-
su accipit Augustinus. et magister exponit
non est deus qui pater. quia paternitas est
pater tanquam ratio dicendi vel intelligendi.
non sic autem paternitas est ratio dicendi
ipsum esse deum. vel intelligendi et tunc
veritas est vera. et nihil facit pro Porretano
potest iterum esse causalitas negationis
et tunc est falsa et est sensus non est deus
qui pater. id est quantum ad id quod est pa-
ter non est deus. Et in hoc sensu accipit Por-
retanus. et ita est falsus intellectus, in
quo non accipit Augustinus.

De materia istius distinctionis agit. d. Thom.
1. p. q. 28. ar. 2. et Caecilianus q. 39. ar. 1.
et alii interpretes.

Quæritur de Veritate con-
clusionis. distinctionis
istius.

In hac questione verificanda et for-
manda. sume tibi quinque articulos
per ordinem questionis. quam in hac
distinctione dicitur Thomas examina-
re. Et forma quinque prima singulis

rum articulo argumenta. Sic
Primum. q. relationes diuinae non
sunt essentia diuina

Secundum. q. dato sint essentia. non
tamen sunt proprietates, ipse perso
nae

Tertium. q. dato sint essentia. aut per
sonae. non tamen est admitterendum
q. sint in essentia. aut in personis. qu
od cōmuniter concedit.

quartum. q. sequeret q. essentialia ad
iectiue predicarent de proprietatibus.
quintum q. contrariae opiniones de
notionibus non possent esse sine pec
cato.

Reliqua disponit ad formam tradi
tam.

q. si subuenit questionem confli
re ex partibus sume tibi. ex articu
lis. questionis. 28. et questionis. 39.
prime partis diuinae ^{eos} qui ma
gis exunt ad rem. et qui sufficienter
questioni confuserent. connectendo
eos.

Distinctio Trigessimam quarta
 qua incipit per dictus autem ad hien
 dum. est

Postquam magister in precedenti egit de
 comparatione proprietatum ad personas
 in presenti distinctione (qua undecim ca
 pitibus absolute) agit de comparatione
 proprietatum ad essentiam. Et dividit
 in tres partes. In Prima agit de personae
 essentia differentia a principio distinctio
 nis usque ibi. Sic considerandum est. In se
 cunda tractat de ^{Sabi} essentia ad personas ^{cau}
^{tridme} ~~salute~~ usque ibi. ex praedictis constat. In
 tertia recapitulat de attributionem ap
 propriatione. et congruitate. usque in fine
 distinctionis. qua in epistola mensurata
 sic habet.

Per hoc quod in divinis persona est eadem cum
 essentia non recte subinfertur. quod eadem est
 res qua generat. et qua generatur. ut huc
 et huc usque. quod et si generans et genera
 tum in substantia conveniant. non tam
 en in personalitate. quod persona et essen
 tia secundum rationem distinguuntur. quod si
 Hilarius dixit naturam et res naturae
 distinguuntur (qualiter se habent essentia et
 persona) intelligendus est in creaturis
 ut ipse explicat dicens quod deus non est ali
 ud ab his quae insunt scilicet attributis
 et personis. et si etiam unus dicat tres per
 sone. sed quia una essentia trium personarum
 et tres personae unius essentiae. non tamen

^ Sic enim dicitur deus Abraham deus Jacob. et deus omnis creaturae

^ omnipotentes

Potest sane deus unus deus triumpersona-
rum vel tres personae unius dei. per hoc
enim significat deus in aliqua similitudine
principij respectu personarum, quod non
est admittendum. Neque est simile de esse
tra. quia hec vox deus significat in similitudine
principij effectus, non sic essentia. Quod
autem Patri attribuit potentia, sapientia
filius et spiritus sanctus bonitas, quia omnes
vera potentia sunt una sapientia et bonitas
sicut ne pater impotens et imbecillus ex
antiquitate putetur. Et filius insipiens ob
inuentum. et spiritus sanctus timidus
et impetuosus ut ventus, quem admodum
in humanis et in creaturis contingeret
et. De nomine etiam Nominis
instandum quod ad tempus propter hereti-
cos abolutum pacifacit ipsius significati-
one in consuetudinem locutionis est resum-
ptum. et sonat. unius et eiusdem substan-
tiae. Nomina uero translative de deo dic-
ta, ut splendor speculum, et huiusmodi
intelligi debent secundum rationem tra-
sactionis. et similitudinis eorum. et tandem
concludit magister dicens se insufficienter
determinasse de sacramentis trinitatis, et
unitatis diuinae. Et Salterius de littera
distinctionis quam ipse latius prosequit
inductus praecipue auctoritatibus. Hilarij. lib. 1. et
lib. 3. de trin. Rom. 8. Ioan. 15. 14. et 19. et 61
matt. 28. Ioan. 10. exod. 3. Augustini
in

in psal. 68. et lib. 3. contra max. cap. 11
 14 lucy. 11. ~~matth.~~ deuter. 4. et ~~1. corinth.~~

Ex qua tres eliciuntur conclusiones
 in quibus tota essentia consistit ut una
 (trium personarum)
 Prima conclusio. Personae divinae sunt
 eadem cum divina essentia ab absolute unitate
 onis differentes.
 Secunda conclusio. Quis dicamus tres per-
 sonas unius essentiae non sic usitata sen-
 tentia admittit primum deum trium personarum
 asserere.
 3^a. Quae substantiae quae singula singulis per-
 sonis conveniant attribuiimus potentiam
 Patri, sapientiam filio. Et bonitatem spi-
 ritui sancto.

ephes. 3. 1. corinth. 3.
 Roman. 8. Joelis. 2. et //
 Actus. 2.
 ex qua ~~trium personarum~~ eli-
 citur conclusio in qua
 eius fere tota essentia con-
 sistit quae talis est.
 Personae divinae sunt idem
 re, cum divina essentia
 nec usitate dicitur unus
 deus trium personarum
 quarum singulis appo-
 priata assignantur
 et omnibus
 - metrice sic
 Personae eadem fuerit
 natura tamen si
 est personarum candido
 ordo trium.

Dubia Literalia

1

Sive, textus expositus
 circa illa verba post initium capituli pri-
 mi (si enim inquitur ea essentia quae pa-
 ter est filius est) nota quod licet ratio ta-
 lis est. essentia divina est una et eadem
 res, sed essentia divina est pater et filius
 ut dicitur. ergo eadem res est pater et filius
 et eadem res genuit, et genita est. Ad quod
 patet responsio per quinquagesimam rej.
 quod si res sumatur essentialiter, tunc essen-
 tia divina est una res. et illa res neque ge-
 nuit neque genita est. neque est pater neque
 filius. Si pater et filius adiective sumantur.
 si autem res sumatur personaliter sive es-
 sentia divina non est una res. sed tres res
 quarum una est generans alia genita ter-
 tia

tra procedens, quamuis essentia neq; gene-
 rans sic neq; genita neq; procedens.
 circa illa verba longe ab initio eiusdem
 capituli primi (idem testimonio Hilarij os-
 tendere nituntur) aduerte q; intentio Hy-
 larij in omnibus verbis eius quęstio in-
 ducunt hęc est. uult probare q; pater et fi-
 lius sunt unius nature. ad quod proban-
 dum sumit uerbum h. postoli. Romanorū
 8 ubi eundem spiritum nominat patris
 et filij. ex quo procedit sic. cum spiritus
 dupliciter sumat in diuinit. q; quandoq;
 essentialiter sumit. Et significat diuinam
 naturam. Et in hoc sensu quandoq; pro
 patre, quandoq; pro filio, quandoq; pro spi-
 ritu sancto ponit. Aliquando uero persona-
 liter. Et tunc significat rem naturam uel
 personam spiritus sancti. Aut in uerbis h.
 postoli sumit spiritus Christi et patris ^{essen-} ~~patris~~
 tialiter pro natura ut sic sensus spiritus
 qui est Christus et pater ut sic plane habet
 propositum q; si unus est spiritus utriusq;
 q; eadem sit utriusq; natura. aut sumit
 pro natura quę est spiritus sanctus. et
 sic habet idem quod spiritus sanctus est a
 patre et filio sed nullatenus unius nature
 est a rebus ^{uers} diuersarum naturarum. cumque
 spiritus sanctus sit unius nature q; sim-
 plex est. oportet q; pater et filius non sint di-
 uersarum naturarum.
 circa illa uerba prope finem primi capi-
 tuli (Suius dicit occasione profut. hegethi
 ei dogmatizauerunt non idem esse personā
 et naturam dei) dubitat. quidē magis
 ter male refutare hegethios illos quidē
 bant.

hanc naturam nominis de personis. qd dicitur
 videt dicere illud idem quod illi affir-
 mabant. cum dicit de Sympthasi non est de sta-
 tem dicere. ergo cum dicitur dicat naturam. pa-
 tet est. R. dicendum qd dictum dicitur
 simpliciter intellectum generat sinistram se-
 sum. et qui sic intelligeret esset hereticus, sed
 ipse dicitur intelligit cum precisione sci-
 licet qd dicitur nominis de unica Sympthasi
 tantum. immo de omnibus.
 Et tunc autem qd illa verba ibi immedia-
 te in litera procedentia. scilicet non est idem
 deus et quod deus est. possunt dupliciter in-
 telligi. uno modo quasi sit deductio quedam
 ad impossibile. qd dicitur Si ita est irides sicut in-
 creaturis sequeretur quod illud quod est deus non
 esset deus. quod est impossibile. et sic magister
 in litera exponit. vel possunt intelligi abso-
 lute. et tunc vult dicere qd non sunt ratione
 idem.

secundum Hylarium

secundum Hylarium -

et secundum hoc

circum illa verba (subsequenter enim in eadē
 serie ostendit in spiritu dei aliquando significa-
 ti patrem) in initio capitis secundi. dubitatur
 qd Augustinus dicit ibi in glossa qd de illo spiri-
 tu intelligit de quo dicit Isai. vi. requiesce tu
 per eum. et consistat qd ibi accipit pro persona spi-
 ritus sancti. Item qd Luc. vi. dicit si indigi-
 to dei edicio dicitur ubi glossa per digitationem
 dei intelligit spiritum sanctum, quod est tertia
 in trinitate persona. R. quod istae rationes non
 concludunt contrarietatem qd una scriptura
 pluribus modis potest exponi. nam in auctori-
 tate Isai. li. spiritus domini super me, agit de
 messi

q
 q
 ut sonat

q

4

missione filij. et quoniam filius potest intel
ligi missus secundum diuinam naturam. et
sic intelligit proprie missus a patre solum
ides spiritus domini. stat ibi pro patre. si au
tem intelligat de missione secundum huma
nam naturam. sic intelligit de spiritu sancto
prout est tertia in trinitate persona. Simili
ter intelligendum est de auctoritate sequenti
q. potest explicari utroq. modo. sed tamen spi
ritus accipit aliter. et aliter.

contra illa verba post medium capitis secun
di (in aliquo differe Christi et dei natura neca
dem se si prestari potest. ut spiritus qui dei est
non sit etiam Christi) arguit. quoniam ar
gumentum hoc non ualet. filius est filius pa
tris et non spiritus sancti. ergo differt natura
patris et spiritus sancti. ergo cum spiritus di
cat personam argumentum illud non ualet
quod fauit Hilarius. R. et primo potest di
q. Hilarius loquit de spiritu secundum quod
nominat naturam. sic autem non habet
instantiam suum uerbum. nihilominus
tamen si intelligat de spiritu proue dicitur
personaliter adhuc ueritatem habet. nam
cum uerbum non possit esse sine spiritu. tunc
haberet pater et uerbum duos spiritus. et ita
non essent unius nature. Preterea si spiritus
patris non esset filij non oriret a Christo. esse
non procederet ab eo. non distingueret origina
liter. ergo essentialiter. sed spiritus dei. et
deus sunt unum essentialiter. ergo oportet
et q. spiritus et deus essentialiter different
sine

sine distinguerent

6 Contra illa verba in initio capituli tertij
 (non idem est natura et res natura) que
 Hilarius solum intelligit in creaturis,
 arguitur. videtur enim illa locutus esse in eo
 ueniens. quod Hilarius loquitur de spiritibus
 prout significat naturam, et rem natura
 quod si nulla est differentia nullam deberet
 uim facere ut uidetur, quod si facit uim in spi-
 ritu ut significat naturam et rem natu-
 ra sequitur quod inter huiusmodi distinctio-
 nes admittenda. R. quod cum dicitur ab Hila-
 rio aliud est natura, aliud res natura. non
 intelligit de alicetate a parte rei sicut illi
 heretici intelligebant. et sic habet uerita-
 tem in creaturis: alio modo potest dicere
 alicetatem sine differentiam solum se cur-
 dum rationem. et hoc patet ueritatem ha-
 bere in diuinis. et sic intelligit Hilarius
 et dicit Augustinus quod aliud est esse patrem
 et aliud est esse eum. non quidem aliud
 secundum rem. sed secundum modum sig-
 nificandi, intelligendi, et se habendi.

7 circa illa verba post initium capituli quinti
 (utrum ita ualeat sanctorum unus deus trium
 personarum. uel tres personae unius dei) ad-
 uertendum quod magister innuit non debere di-
 ci tres personas unius dei. quod nihil est in trini-
 tate creatum, uel seruient, uel subiectum, et
 uidetur maledicere. quod genitius de uirgine
 non importat subiectionem uel dominium
 ergo

ergo non videtur sufficiens ratio. Si dicas q.
 hinc provenit a parte termini, nihil est dica-
 re. q. terminus de se non importat respec-
 tum dominij. Item quæritur. quare hinc
 non enim essentia non importat super exce-
 llentiam in genit^{ivo}. Sicut hinc non dicitur deus?
 Item quare non dicuntur tres personæ essenti-
 æ. sicut unus essentia? R. dicitur itaq.
 sicut ad hinc q. genitivus vere constructur
 et proprie necesse sit aliquam habitudi-
 nem importari. vel securum rem. vel
 securum modum intelligendi. genitivus
 quidem importat similitudinem principii
 ad principium, vel converso. ut possiden-
 tis ad possessum. vel forma ad formationem.
 vel specificantis ad specificationem. Similitudi-
 nem autem forma non importat, nisi cum
 termino abstracto, quod significet per modum
 forma. Et quoniam forma se habet per mo-
 dum experimentis et declarationis ideo ta-
 lis constructio non attendit nisi cum geni-
 tivo terminis abstracti alio determinato. Un-
 de convenienter dicitur mulier egregia for-
 ma. sed mulier forma. nihil est dicere. ideo
 bene dicitur tres personæ unus essentia. deus au-
 tem non est nomen abstractum ideo q. non
 constructur cum genitivo in similitudine subiecti
 ut forma dei. vel in similitudine specificantis ut
 personæ dei. sicut creatura aëne. vel in simi-
 tudine principij ut creatura dei. Et quoniam
 quando dicitur tres personæ unus dei. nulla sa-
 bitudinem importat proprie nisi similitudo prin-
 cipij

capij sine possessione. Sic est q, cum in illo
 sensu sic falsa locutio non est admitterenda.
 Alia ratio est q, locutio quae est in vi de
 rationis essentia convertit. ut cum dicitur
 mulier egregia forma. potest etiam dici e
 gregia forma mulieris. ergo si diceret tres
 personae unius dei. diceret similiter unus
 deus trium personarum. Et iste sensus non
 est sanus. ut videt. Sic enim posset intelligi
 sicut si diceret unus deus trium hominum

8

circa illa verba prope medium capituli sexti
 (sed quibus est perfecta potentia, infinita sa
 pientia, incomprehensibilis bonitas) innu
 it magister q, in his tribus consistit summum
 bonum. et arguit contra q, summum bonum
 specificat bonum. ergo si bonitas distinguitur
 contra potentiam et sapientiam paritatis
 ne summum bonum. Item summum bonum
 est aggregativum. et collectivum omnium
 bonorum. ergo non tantum consistit in dictis
 tribus. R. q, bonum uno modo distingui
 t contra sapientiam, et potentiam, alio
 modo non. sic enim accipit pro bonitate
 moris. sic consistit in voluntate. et distin
 guitur contra alia duo. Si autem bonum
 accipiat communiter. sic complectitur omnia
 est enim bonum natura et hoc ad potenti
 am, et bonum gratiae. et hoc autem perficit in
 tellectum et sic est scientia, aut affectum
 et ita est bonitas. et haec tria complectitur
 bonum in sua universalitate. et summum
 in sua integritate, quoniam ergo omne bo
 num ad hoc reducibile est. ideo summum
 bonum in his tribus consistit.

9

contra illa verba circa medium capituli se
 ptimi (a quibus sunt creaturae haec omnia

bonitas
 sci.

scilicet patris filij: translata sunt ad
 creaturam? Arguit. quoniam Apostolus,
 ephe. 3. ait ex quo omnis paternitas ^{et} ex
 go magis a deo translata sunt ad creaturam.
 R. q. quantum ad rem significatam per
 prius est paternitas in deo. q. in creatura
 sed quantum ad modum significandi per
 nomen quod est a nobis impositum per
 prius creaturae convenit, et inde ad crea-
 turam translatum est.

circa illa verba prope finem capituli septimi
 (ides occurrunt scriptura dicens patrem po-
 tentem ne videat prior filio) immo magis
 ter q. scriptura appropriat patri potentiam
 ne videat minus potens. Sed arguit contra
 videt enim q. magis debere dici de filio q.
 minus potens sit, cum passus fuerit et mor-
 tuus. ac proinde ad vitandum inconveni-
 ens magis debere ei potentia appropriari.
 R. q. q. propter passionem visus est fecisse
 stultitiam et habuisse impotentiam, ob
 quod predicatio crucis ludis erat in scan-
 dalum, et græcis in stultitiam, ideo ipse Apo-
 tolus egregius doctor. non tantum sapien-
 tiam appropriat Christo, immo etiam virtu-
 tem, ut sic excludat a divinitate infirmi-
 tatem, et maluit ei appropriare virtutem
 q. potentiam, q. virtus dicit potentiam ul-
 timam et summam de potentia. ideo malu-
 it ei appropriare virtutem. nec est inconve-
 niens ex diversis considerationibus eodem
 modo appropriare uni, modo alij, cum q.
 valiter conveniat tribus, unde patri attri-
 buimus potentiam, ne videat impotens pro-
 pter antiquitatem, filio virtutem, ne vide-
 at impotens, sine debilitatis propter assu-
 tam humanitatem. Nihilominus tamen
 fa

facienda est vis inter potentiam & virtutem. Sicut dictum est distinctione 32

De materia huius distinctionis agit d. tho 1. p. q. 23. ar 2. et Caietanus. q. 39. ar. 1. de identitate aut distinctione essentia cum relationibus. et idem Caietanus. 3. p. q. 4. ar. 2. d. thomas. 1. p. q. 39. ar. 1. et 2. et q. 13. ar. 3. et ibi interpretes.

circa hanc distinctionem
queritur de veritate con-
clusionis eius.

Pro hac questione verificanda sume tibi quinque articulos trium questio-
num. quas sic disceat d. thomas. et sic quinque argumenta co-
ponito

Primum. q. persona et essentia indi-
uini non sint idem.

Secundum. dato sint idem possedi-
ci tres personae unius essentiae. quod
tamen probe dici non posse.

Tertium q. inuicem inter attribue-
re potentia patri. et sapientia filio.

quartum. q. licet admittamus dictam
appropriationem. nihil tamen de des-
translatine dici debet.

quintum q. saltem ex rebus uilibus non
de

^
ut admitteren-
dum necessarium
uidetur.

debet fieri transumptio. ut communi-
ter concedi uideat

Reliqua disponantur ad normam datam
vel siue per hac distributione eandem
questionem. que in precedenti posita
vel ut in ea prouidit ex articulis di-
u. Thomae. 1. q. 9. 28. et 39. immo
et q. 13. siue sumeridos. Et in ordine
redegito. 211.

Distinctio Trigesima quinta. quae
 incipit. cumq; supra disseruerim, est
 Postq; Magister in precedentib; ^{egit} de deo
 et de conditionibus, quae ipsum concernunt
 in essendo. In presenti distinctioe (quae
 sex capitibus absoluit) Incipit agere de
 eo secundum conditiones, quae ipsum respi-
 ciunt in operando. et dividit in tres par-
 tes. In prima ostendit quomodo multipli-
 citer accipiat scientia dei usq; ubi hinc con-
 siderari oportet. In secunda inquirat an
 scientia dei dependeat a rebus scitis usq; ubi
 (propterea omnia dicunt) In tertia quaerit
 quae sint a deo scita, et qualiter, usq; ad fine
 distinctionis quae in epithomen redacta si-
 habet.

Scientia dei sive sapientia, quamvis sim-
 plex sit et una propter variis tamen re-
 rum status et effectus multa sortit nomi-
 na, ut iam dicat praescientia, pro ut scilicet
 est de futuro et omnibus, tam bonis q; ma-
 lis, iam dispositio in quantum est de fauor-
 dit, iam praedestinatio in quantum est de
 salvandis, iam providentia in quantum
 est gubernandis (dispositio enim tendit
 ad fieri et esse rei, Providentia vero ad bene
 se habere et ad rei conservationem) quae
 et pro dispositione accipitur. Sicut interdum
 et pro praescientia accipitur.

Sapientia vero vel scientia est de omnibus
 tam bonis q; malis presentibus et preteri-
 tis, temporalibus et aeternis. Si autem nul-

Unde non sequitur deus potius non producere futura potius non prescire ea et prescientia esset eadem cum sua Scientia et scientia cum essentia ergo potius non habere scientiam, nec similiter ualeat esse prescium est eadem in deo quod esse deum. et potius non esse prescius ergo potius non esse deus. eiusmodi enim uerbum est ad temporalia referuntur.

Et sic Augustinus in illud psalmi. et pulchritudo agni mecum est. idem inquit mecum est. quia apud deum nihil preterijt. nihil futurum est. eadem illi sunt omnia futura et non delecta sunt ei iam preterita quia cognoscit ineffabilis scientia

+ Joannis. 1. Rom. 4. ex qua ~~inmembris~~ est conclusio in qua eius fere tota summa consistit quod talis est unice dei essentia diuinitate nominat. quod si non essent futura prescientia respectu non diceret. deus autem tam illa quam preterita ut prescientia ~~uocatur~~ prospicitur

La fuissent futura per respectum ad que dicit prescientia uidee quod prescientia non est ut sic sed in deo nec similiter dispositus aut pres destinatus. sed cum prescientia deus sit idem cum scientia ipsius. et scientia idem cum essentia etiam exclusis futuris a quibus esse deus non dependet. esset in eo prescientia non quantum ad respectum. et antecessio nem quam ad futura importat. sed in quantum ad essentiam. que huic respectui subiecta est cum quo prescientia nominat. scientia autem competit ab eterno. et preter creature existentiam ratione autem huiusmodi scientie omnia deus creata dicuntur esse in deo. et ab eterno fuerunt antiquissime. cum nihil fecerit ignorans. et in super ipse intuetur omne futurum. ut sibi presens eo quod omnia tam preterita quam futura. sicut et presentia in scientia deus fuerunt. Et haec tenus de littera distinctio. quam magister Latius prosequit in ductis auctoritatibus precipue. Rom. 8. ephes. 1. item 1. corin. 2. Augustini in gen. lib. 3. tom. 3. cap. 18. et in psalm. 49. Ambros. lib. 5. cap. 3. de

ex quibus eliciuntur conclusiones in quibus est tota summa consistit. uel una ~~inmembris~~ Prima conclusio. Unica et inuariabilis dei scientia propter diuersos rerum status diuersis uocabulis nominat. Secunda conclusio. Si nulla essent futura tunc respectu in deo prescientia non diceretur. 3a deus preterita et futura ut presentia intuetur.

Dubia literalia

Contra illa verba in principio capituli
 primi (Secundum quod dicitur secundum su-
 bstantiam dicuntur quaedam specialiter ef-
 flagitari tractatum) arguitur sic. aut
 enim ista specialiter efflagitant tracta-
 tum quod sunt difficilia. aut quod sunt ap-
 propriata. si quia sunt difficilia. alia
 etiam sunt difficilia si sunt simplicitas
 veritas immutabilitas. si quia sunt
 appropriata huiusmodi etiam sunt v-
 nitatis et equalitatis. R. q. ista efflagita-
 nt specialiter tractatum triplici ex causa
 tum quod sunt difficilia; tum quod multa
 de ipsis sunt in scriptura determinata
 tum etiam. quod dicuntur respectum ad crea-
 turam. et secundum has conditiones at-
 tendit ratio causae in diuina natura. i-
 deo quod debebat facere transitum ad cre-
 aturam. siue ad creationem. et ad hoc
 prope exiguitate in causa posse. scire. et uelle
 quae faciunt causam esse perfectam. ~~ideo~~
 tractatum illum in medio collocant in-
 ter tractatum de trinitate et tractatum
 de rerum universitate. sed quod huiusmo-
 di se tenent a deo. et a deo sustentantur
 ideo tractatus iste in primo libro ponitur
 circa illa verba in principio capituli pri-
 mi (a modo tractandum est de scien-
 tia. prouidentia. prouidentia. dispositio-
 ne predestinatione. uoluntate. et po-
 tentia) dubitatur quod uideatur male ordi-
 nare. potentia etenim precedit scienti-
 am

metrica sic 781
 Nomina multa de
 tenet una scientia
 quod splendet uarijs ef-
 ficie ordo modis.

2

am et voluntatem. R. q. dupliciter
 possumus loqui de istis scilicet aut
 in sua generalitate aut ut concurrunt
 ad unum effectum. Si in sua gene-
 raliitate. sic cum scientia sit bonorum
 et malorum, faciendorum et non
 faciendorum, prior est secundum ra-
 tionem intelligendi q. potentia et
 potentia cum sit respectu faciendorum
 et non faciendorum prior est volun-
 tate, quia est faciendorum bonorum
 tantum. Si autem loquamur de his
 prout concurrunt ad unum effectum
 sic potentia in quantum potens est pri-
 ma, in quantum exequens est ultima
 prius enim est posse, et post scire, et po-
 st velle, et ultimus facere, quod est ip-
 sius potentia, et quantum ad hunc
 actum magister hic ponit ultimum locum
 potentiam. Sed in executione conside-
 rat ordinem secundum maiorem gene-
 raliitatem et minorem.

circa illa verba etiam in principio eius-
 dem capituli primi (Sapientia et scien-
 tia dei est diversa scilicet nomina, que
 scilicet sunt scientia, prescientia, provi-
 dentia, dispositio, predestinatio) quon-
 dam quomodo distinguantur. Sicut eodem
 nomina. Et videtur q. insufficienter enu-
 merat. q. non solum induit ponitur
 predestinatio. Sed et reprobatio. R. q.
 hec nomina distinguuntur sic. Dicitur
 qm

per
dum.

gnitio potest considerari aut in se aut in or-
dine ad creaturas. Si in se aut prout dicitur
gnitionem pura speculationis, aut prout
dicitur speculationem iunctam affectioni. pri-
mo modo est scientia, secundo sapientia
vel sic, aut dicitur cognitionem simplicem
aut per rationem nobilissimam, sicut per
causas nobilissimas, quae ipse deus sunt. pri-
mo modo est scientia, secundo modo est sa-
pientia. Si autem consideret in comparati-
one ad res hoc potest esse dupliciter, aut a-
nterim committat eventum, et sic est prescien-
tia, aut effectum, et hoc dupliciter, aut qua-
tum ad bonum naturae, et sic est dispositio
aut quantum ad bonum superadditum, et
sic est praedeterminatio, aut quantum ad eius
privationem, et sic est reprobatio; sed quia
privatio gratiae non est effectus, sed defectus
ideo reprobatio hic specialiter non nune-
rat, sed continet sub prescientia nomine
et ipsum sibi appropinquat. Unde divisio pot-
est sic formari. Cognitionis dei aut est in se
aut in comparatione; si in se aut per ratio-
nem nobilissimam, et sic est sapientia, aut
per qualemcumque rationem, et sic est scienti-
a. Si in comparatione aut ad eventum et
sic est prescientia, aut ad effectum et effectum
et hoc vel in gubernando et sic est providentia
vel in efficiendo, et sic si respectu cuiuscumque
naturae est dispositio, si respectu rationalis est
praedeterminatio, aut ad eventum effectus et de-
fectus et sic est reprobatio, quae est prescientia
terminata / Considerandum igitur in his re-
mi

in rebus quod unum se habet ex additione
 ad aliud. non quod sit additum ex parte scientis
 sed ex parte scitum. quod diversimode se ad
 scientiam habent. Sic enim nomen scientia
 vel sapientia cognitionem dicit absolute in
 conditione certitudinis. unde est et tempo-
 rali et eternum, sed providentia vel
 prescientia addit conditionem durationis quae
 potest esse eternitatis ad tempus. et idem
 potest esse tantum respectu temporalium tam
 bonorum quam malorum. sed dispositio adhuc
 addit ordinem causa ad causatum in essendo.
 unde est de faciendis. providentia vero adhuc
 plus addit scilicet ordinem causa conservan-
 tis. et ordinantis in finem. Et idem providenti-
 a ad gubernationem pertinet. sed predesti-
 natio addit supra providentiam determina-
 tum finem. unde est tantum eorum. quae ad
 gloriam ordinantur et idem dicit esse de bonis
 salvandis reprobato autem cum sit respec-
 tu malorum. nihil ad scientiam pertinent
 addit supra prescientiam. et propterea de ea
 sic mentionem non facit Augustinus.

circa illa verba prope medium capituli secun-
 di (potuit ergo in deo non esse prescientia. vel
 dispositio. vel predestinatio. ad hoc autem ita
 a quibusdam opponit) ad verendum quod ibi
 proponunt tres rationes. quae quasi per eandem
 viam procedunt. nisi quod prima accipit ex presci-
 entia abstracte significata. Secunda ex presci-
 entia significata concrete. et verbaliter ut
 cum dicitur prescire. tertia ex prescientia signi-
 ficata concrete. et non naturaliter. ut cum
 dicitur prescius. et rationes in litera patent.

5

Contra illa verba prope initium capituli ter
 tij (veruntamen creator ita relative dicitur
 ut essentiam non significet) arguitur quod cre-
 atio significat modum actionis non relatio-
 nis, ergo creator similiter ergo non dicitur se-
 cundum relationem a parte modi, neque a par-
 te rei, istud autem constat, ergo nullo modo.
 Item falsum videtur quod essentiam non signifi-
 cet, quod creator significat aliquid, ergo crea-
 tum, aut increatum, si creatum ergo non
 dicitur de deo, si increatum, ergo cum signifi-
 ce personam significat essentiam. R. quod
 aliquid dei relative contingit dupliciter,
 aut quod significat relationem, sicut nomina
 que sunt in predicamento relationis aut quia
 habent respectum ad annexum, et sic cum om-
 nis alius dicat respectum ad passum, siue fecer-
 tum et passum ad agentem sic dicitur relative
 et ita intelligit magister de hoc nomine crea-
 tor, et bene, cum autem dicitur quod non signifi-
 cat essentiam, ob hoc dicitur quod quamvis impona-
 tur divina essentia, et idem de sola dei essentia
 dicitur secundum omnes tamen deus a quo im-
 ponitur fuit contraria, quidam enim voluit
 dicere quod nomina sex generum non predicant
 aliquid in deo, sed comprehendunt, unde alius
 non videtur dicere aliquid in agente, sed ab a-
 gente, et sic videtur consonare ratio, quod actus
 et passus videntur esse idem, et insuper quod hinc
 videtur consonare verbum Boetij, de trimi, quod alia
 genera rerum, nec de creatore, nec de creature
 predicantur, ista opinio fuit satis probabilis, et hinc
 fuit magister et idem dicitur quod prescientia ratione
 sci

Scientia importat essentiam, sed creator tā-
 tum relationem. Verum tamen illud hodie
 communiter non tenet. Dicimus enim deum
 esse suam actionem, ut puta creationem
 et quoniam essentia est divina actio et hoc
 nomen creator imponit ab actione, sed
 non tantum impositum est essentia, verum
 etiam ab essentia, sed illam significat in
 relatione, nec Boetius intendit dicere quia
 sic non predicantur absolute, sed quoniam predicantur ab-
 solute. Si tamen uelimus sustinere magistram
 secundum communem opinionem dicamus ip-
 sum non uoluisse affirmare, quod creatio non importat
 deum divinam essentiam, sed quod quantum est
 ex ui uocabuli non dicit divinam essentiam
 absolute, sed per modum relationis, siue sub
 appellatione relativa. Sed praesentia dicitur
 scilicet et scientiam, et praedestinationem ra-
 tione scientiae dicit essentiam absolutam, in
 de manet scientia re ipsa non manente, non
 sic autem est de creatione, non enim est cre-
 atio, nisi sit etiam creatura. Et secundum
 hoc uerbum magistri non habet calumniam.
 Dicendum ergo quod in creatione prout est actio
 diuina duo possunt considerari, scilicet opera-
 tionem ipsam, et similitudinem ad creaturam
 magister ergo accipit hoc nomen creator, non
 secundum quod imponit ab operatione quae pro-
 culdubio essentia est, sed secundum quod impo-
 nit ab similitudine, quae non est essentia, neque
 est aliquid in deo realiter, ut superius dictum
 est.

contra illa uerba in principio capituli quarti - 6
 (si nulla fuissent futura esset tamen in deo sci-
 entia eadem) dubitat et arguit, quod scientia
 not

nostra ponit res. et quando non ponit non
 est scientia. sed opinio uel alia acceptio
 minus nobilis. ergo cum de nobilitate sci-
 entia sit ponere rem. uidet multo fortius
 qd diuina essentia ponat. quae est nobilissima
 R. breuiter q. et est scientia qua habes cog-
 nitionem de re. et scientia qua scimus es-
 se rem. prima scientia neq. in deo. neq. in
 nobis ponit existentiam rei in proprio gene-
 re. nec de presenti. nec de futuro. quod patet
 q. artifex habet cognitionem faciendi do-
 mum, quam nunq. faciet. secunda autem
 scientia ponit rem tam in deo. q. in nobis
 sed in nobis q. dependet. in deo q. consistat
 et quantum ad primum modum loquitur
 magister q. eadem scientia esset. sed non
 respectu eiusdem. neq. respectu tot. respec-
 tu quod nunc est quantum ad secundum
 modum.

7
 circa illa uerba in principio capitis sex-
 ti. (inde est etiam q. omnia sunt ei praes-
 entia) supposito q. magister uult asse-
 rere q. deo sunt praesentia. non solum quae
 sunt. sed etiam quae praeterierunt. dubi-
 tat quae pacto intelligi possint. aut ete-
 nim intelligit de praesentia secundum
 ueritatem. aut de praesentia secundum
 cognitionem. primo modo falsum est
 constat enim q. Antichristus non est se-
 cundum ueritatem in deo praesens. si
 secundum cognitionem. q. nimirum
 habet cognitionem praesentium. praete-
 ritum. et futurorum. cum hanc eti-
 am cognitionem habeat anima omnia
 illi similiter erunt praesentia. R. q. nō
 om

omnia dicunt esse presentia secundum
 ueritatem existentie rerum. sed secun-
 dum cognitionem, quod deus actu cognos-
 cit presentia, preterita, et futura. et cir-
 ca actum suam cognitionis semper est pre-
 sentialitas, itaque nulla successio cog-
 nitionis est in nunc quod completitur
 omnem successiorem sine mutatione
 et ideo omnia sunt ei presentia ex hac
 duplici causa; quamuis autem creatu-
 ra habeat cognitionem de presentibus
 preteritis, et futuris, quod tamen cognitio
 eius transit in preteritum, et futurum
 et nona generat cognitionem ex rei existe-
 tia. ideo non dicitur quod omnia sunt presen-
 tia creature. sicut dicitur quod omnia sunt
 presentia deo. et ideo non ponit in deo
 memoria, quoniam hec respicit pre-
 teritum, nec tantum in re. sed ut eti-
 am actus illius cognitionis transit in
 preteritum, sed presentia non dicitur ra-
 tionem, siue actum scientie ut futurum
 et ideo conuenienter ponit in deo.

De materia huius distinctionis agit d. Thom.
 1. p. q. 14. ar. 1. 2. 5. 6. et 11. specialiter
 ar. 1. ad 3. et ibi interpretes.

circa hanc distinctionem
 que de ueritate conclu-
 sionis ipsius

Pro hac questione conficienda sume
 tibi quinque articulos questionis. quia
 hic

Sic disputat angelicus doctor per ordi-
nem ex singulis prima proponenda
argumenta. Sic.

- Primum. q. in deo non sit scientia
Secundum. dato q. Sabeat scientiam
q. saltem non cognoscat alia a se.
Tertium q. licet alia a se cognosceret
de illis tamen non potest certam ha-
bere cognitionem
Quartum. q. dato cognosceret est eius
scientia esse dicenda uniuersa scien-
tia nostra.
quintum. q. sequeretur eius scientia
esse uniuersalem. quod non uideat
admittendum.
Reliqua proseguant ad normam da-
tam.

Vel elige ex questione. 14. pri-
mę partis. octo articulos qui magis
ad rem pertinere. et emittendo
est propones octo prima singulorum
argumenta. et questionem non as-
pernandam perficias.

Distinctio Trigessimasexta quae
incipit. solet sic queri. et sic.

Postquam magister in precedenti egit de scientia dei secundum se. In hac distinctione quae septem capitibus absoluit agit de comparatione rerum seclarium ad scientiam. Et dicitur in tres partes. In prima ostendit quod non omnia sunt in dei essentia sicut sunt in dei scientia a Principis distinctionis usque post predicta querit. In secunda subdit qualiter se habeat scientia dei ad bona et mala usque ubi illud etiam advertendum. In tertia subiungit quod non omnia quae dicuntur esse ex deo possunt dici esse de ipso usque in finem distinctionis quae in epiphomeno redacta se habet.

Omnia a deo cognita sunt quidem in eius scientia non tamen illa omnia dicenda sunt esse in ipsius essentia multa enim sunt quae in essentia eius non sunt. quoniam omnia quae sunt in essentia divina sunt eiusdem naturae cum deo. ea autem quae solentur in eius scientia aut presentia non sunt. presentia enim alium commotae respectus quae essentia et alium respectum habet. Deus etiam alio modo cognoscit bona. et alio cognoscit mala. quae in ipso esse non possunt. cum ea solus in se esse dicantur ad quae se habet in ratione principij productivij. quae autem non sunt mala. quae nec ipse approbat. et confirmat hoc ex Ambrosio. secundum quem idem est esse in deo. et esse per ipsum. et esse ex ipso. mala autem non sunt ex deo. nec per ipsum. ergo nec sunt in ipso ubi incidenter ostendit quod illa verba apostoli ex ipso. per ipsum. et in ipso possunt appropriari per intellectum distinctum personarum. tamen simpliciter omnibus personis omnia praedicta. quae enumerat convenienter. deinde subiungit quod omnia quae

vel presentia.

285

Faint handwritten notes in the right margin, including the number 285.

Faint handwritten notes in the right margin.

(Sic quae ex ipso exprimat patrem. per ipsum exprimat filium. et cum ipso spiritum sanctum)

quem admodum si a
siquis homo generet
filium et faciat do-
mum. ex ipso est filius
et ex ipso est domus
sed filius de ipso. do-
mus vero de terra et
ligno non de ipso.

tom. 10. de verbis Apst
soli. serm. 11 / ephess. 1.

vel unatrimembri
ex qua trimembri
trier conclusio. in qua e-
ius fere tota virtus consis-
tit, que talis est.

Nunc omnia sunt in
dei essentia, sicut in ei-
sua scientia, qua aliter bo-
na qz mala cognoscit
nec omnia que sunt ex
ipso possunt dici de ipso
metrice sic

Nunc multa deus que
essentia in esse negant
nunc non eodem que
bona, prava modo.

que sunt de deo possunt dici ex ipso
non tamen e converso. ^{omnia} que ex ipso
sunt de ipso dici possunt ut patet de cre-
aturis que quidem ex ipso sunt, qz ab
eo facta non autem de ipso, qz non
de sua substantia. Et hec de litera
distinctionis, quam magister fusi-
us prosequit inductis precipue auctori-
tibus Pauli. Rom. 8. et Augustini ps-
almo 117. et de natura boni cap. 18. to.
6 / psalm. 137. et psalm. 16. et 64. Casiodori super

ex qua tres eliciuntur conclusiones in quibus
bus eius tota summa consistit. quez. ^{psal} 16-
Prima hec est. Sicut omnia sunt in dei ^{et mat} 7.
scientia, non tamen omnia sunt in ei- ^{et ad 10} 7. 15.
essentia

2^a conclusio. Sicut deum aliquo modo
cognoscere bona, qualiter non cognoscit
mala.

3^a conclusio. Sicut omnia que sunt
de deo possunt dici ex ipso, non tamen
e converso omnia que sunt ex ipso possunt
dici de ipso.

Dubia Literalia

^{Sive expositio textus}
contra illa verba prope initium capi-
tis primi (dei cognitio eius utiqz essen-
tia est, nec tamen omnia que sunt in
cognitione illa sunt in eius essentia)
argumentor sic. qz hoc argumentum
videt esse necessarium. si aliqua duo
sunt

Sunt omnino eadem id quod est in uno
 erit et in alio. si dicas q̄ differunt pe-
 nes composita. Contra q̄ dei prescien-
 tia non composita. q̄ si dicas q̄ prescien-
 tia composita. obicit de hoc nomine de-
 us. quod non composita. et tamen omni-
 a dicunt esse in deo. ergo pari ratione
 in essentia. Præterea contra magistrū
 videt esse verbum Anselmi in mōdo, q̄
 creatura in creatore est creatrix essentia
 ergo videt q̄ vere sint omnia in dei es-
 sentia. R̄. q̄ hæc prepositio in aliquando
 composita inquantiam ut si dicat accidens
 in subiecto. aliquando composita identita-
 tem. ut si dicat. id est rerum sunt in deo qu-
 a sunt ipse deus non a deo. aliquando com-
 tat causalitatem. ut si dicat creaturae sūt
 in ipso deo. et potest hæc prepositio in dei
 secundum quattuor genera causarum sed
 in deo non dicit nisi secundum tria. quod
 nam ergo causa dicit respectum ad creaturā
 secundum rationem intelligendi. id est hæc
 prepositio in secundum q̄ dicit causalita-
 tem non addit nisi terminis dicentibus
 respectum ad creaturam. et quoniam
 non substantia vel natura vel essentia
 non dicit respectum. id est si dicat. creaturae
 sunt in dei substantia. hæc prepositio in
 aut rotat identitatem. aut inquantiam.
 quorum utrumq̄ falsum est ac proinde ta-
 les locutiones non recipiunt. Et in adducto
 argumento est sophisma secundum accidens
 id est magister dicit. q̄ non valet. quamvis
 enim idem sint re. differunt tamen in modo
 significandi. et intelligendi. Ad illud quod

Obicit, q, deus non dicit respectum. Respon-
det esse falsum q, importat ab actu, quicunq,
bet ad creaturam sicut dicit Damascenus
unde bene dicit deus creaturarum ad id
autem quod subiungit scilicet q, creatura
in creatore est creatrix essentia. dicendum
q, creaturam in creatore esse, est ideam vel
similitudinem eius apud deum esse. et An-
selmus vult dicere q, similitudo illa est
creatrix essentia. namq, creatura illa sit
essentia. Unde bene concedendum est q, ideq,
rerum sunt indivina essentia q, in, rotat
identitatem et vere, sed hoc non potest
dici de creatura secundum entitatem, qua
habet in proprio genere.

Contra illa verba post initium capituli secun-
di (illa enim indeo esse intelligunt que
ex ipso et per ipsum sunt) arguit q, cum
talia viderent nisi presentia ergo indeo
sunt nisi ea que existunt presentia, quod
est manifeste falsum et contra Augustinum
quod dicit res esse indeo ab eterno. Si dicas q,
accipit esse indeo ut in conservante quom-
am sic accipit Apostolus in prefata aucto-
ritate ex ipso, et per ipsum, et in ipso, tunc
nihil facit ad propositum q, Magister
accipit esse in secundumq, dicunt res esse
indeo eternaliter. Si dicas q, res actualiter
sunt ex deo vel per deum ex tempore, sed
habitualmente ab eterno. Tunc quere qua-
liter actualiter sunt indeo ab eterno et
non eternaliter ex deo vel per deum. R, q,
esse indeo vel per deum potest accipi vel se-
cundum aptitudinem vel secundum actu
vel secundum habitum. Si secundum ac-

tum

tum sic praedicta auctoritas non est intel-
 ligenda precise, taliter quod illa sola sunt in
 deo, quae sunt ex deo, vel per deum, quod deus
 multa cognoscit quae sunt in deo, quae ta-
 men non sunt ex ipso, vel per ipsum, nec
 erunt, potest iterum accipi secundum ha-
 bitum, et sic adhuc non est intelligenda
 precise, quod multa deus cognoscit, et potest
 facere quae non facit, et tamen sunt in ip-
 so, quae nec unquam erunt ex ipso, vel per ipsum.
 potest etiam intelligi secundum aptitu-
 dinem, et tunc precise scilicet veritatem
 quod nihil est in deo nisi aptum sit esse ex
 deo et per ipsum, et hoc patet facit ad pro-
 positum, et sic intelligit magister, et
 per hoc excludunt mala, quod deus mala
 facere non potest, nec mala possunt esse
 ex ipso, nec per ipsum. Ad illud autem
 quod quaerebat quare videntur res non
 dicantur eternaliter esse ex deo? Respondeo
 est simile, quod aliae propositiones signifi-
 cant per modum fieri, motus et actus, sed
 haec propositio in per modum quietis, et
 quoniam deus non fecit nisi ex tempore
 nec fuit causa actualiter causans nisi
 ex tempore, sicut habitualiter ab eter-
 no, deus magis dicitur res eternaliter in
 deo quam ex deo.

3 contra illa verba circa medium capituli
 secundi (mala non sunt in deo) et paulo
 post (bona cognoscit etiam per approbati-
 onem, et per beneplacitum, mala vero non)
 supple cognoscit deus per approbationem

AY

arguit sic. approbatio respicit voluntatem. Sed esse in deo respicit ab eterno exemplaritatem. ergo notitia approbationis nihil ad hoc facit. Item magister videt insufficientem in divisione divina cognitionis. quia sicut bona cognoscuntur notitia approbationis. ita et mala notitia reprobationis. Item approbatio aut nihil aut aliquid addit super notitiam simpliciter aut non. et si nihil ergo non est quod in deo distinguamus notitiam et notitiam approbationis. Item si nihil addit. ergo sicut sunt in deo. ea quae cognoscuntur approbando sic etiam sunt in ipso quae cognoscuntur simpliciter. si aliquid addit. ergo divina notitia est composita. Sed dicat quod addit secundum intellectum. contra. intellectus noster non facit res esse in deo. ergo nec notitia approbationis.
 R. dicendum. quod approbatio super cognitionem secundum intellectum addit bene placitum voluntatis. hoc autem bene placitum commutat bonitatem in eo respectu cuius est. quia deo non placet nisi bonum et esse bonum in quantum suum modum deo simile est. ergo si dea dicit rationem cognoscendi secundum assimilationem omnia quae deus cognoscit notitia approbationis sunt in ipso. Sed notandum quod approbatio potest commutare bonitatem in actu. et sic non est prescisse verum quod omne quod est in deo sit cognitum notitia

tra approbationis. potest etiam commovere
 bonitatem in potentia. sicut exemplar id
 notat rei entitatem. non quod sit sed quod deus
 potest eam facere. et proinde nihil est in
 deo nisi quod cognoscit notitia approba-
 tionis. quod sic cognoscit omne bonum. quod
 est. vel quod potest facere. et illius ha-
 bet exemplar. et ideo illud tantum est in deo
 cum autem obicit quod voluntas non facit quod
 sine in deo. R^o quod hoc non est quod voluntas in
 actu. sed quod deus nihil potest facere. quod non
 approbet tanquam bonum. unde approbatio
 ibi magis dicit iudicium rationis quam affec-
 tum voluntatis. quando vero queritur si
 addit. R^o quod addit a parte nostri intellectus
 et a parte commotati, et a parte ipsius deus. non
 non sic autem addit reprobationis. et ideo ma-
 gister non ponit notitiam reprobationis
 pro membro

4 contra illa verba post initium capitis qu-
 arti (eandem vim habent omnia hec scilicet
 ex ipso et in ipso. et per ipsum) argui-
 tur quod si idem sunt. videtur inviduatio verborum
 impertinens. Item aut accipit esse in ipso
 sicut in exemplari. aut sicut in causa in
 servante. si tanquam in exemplari constat quod
 aliud est esse in ipso. et ex ipso sicut pro-
 tensum est. si tanquam in conservante. Adhuc
 aliud est produci. aliud conservari. Item
 si eandem vim habent. sicut ex ipso appro-
 priat patri. ita poterit appropriari filio
 et similiter patri poterit appropriari in
 ipso. R^o quod possumus loqui de illis tribus
 circumlocutionibus. vel quantum ad illud
 quod significare. vel quantum ad ordinem
 quem commutant. si loquamur quantum
 ad

ad illud quod significatur sic omnia di-
 cunt esse ex deo tanq̄ ex principio primo
 non absurde modo. omnia dicunt esse per
 deum tanq̄ per principium sufficientissi-
 mum quod omnia agit per ipsum. et om-
 nia dicunt esse in deo tanq̄ in principio
 infinito. quod non potest aliquid facere ex-
 tra se sine eo q̄ illud et omnia ambiat et
 contineat eius virtus. et in his tribus cir-
 cumlocutionibus significat q̄ deus est prin-
 cipium primum et sufficientissimum. et
 infinitum. Et quoniam haec omnia in deo
 sunt unum. et conveniunt tribus ides qu-
 antum ad significatum dicit Ambrosius
 q̄ habent eandem vim. nec tamen est incul-
 catio. q̄ diversimode importat secundum
 rationem intelligendi. Si autem loquamur
 quantum ad ordinem quem constant
 propositivum habitudines. sic sunt appu-
 priatae tribus. q̄ ex ipso dicit rationem
 primum. Et per ipsum dicit rationem medij
 et in ipso dicit rationem ultimam sive que-
 tativam ac proinde ex ipso appropriatur
 personae patris. quae est prima in trinitate
 per ipsam appropriatur filio. quae est perso-
 na media. et in ipso spiritui sancto. qui
 est persona tertia. et ex his patenter obiecta
 de materia huius distinctionis agit. d. thom
 1. p. 9. 14. ar. 10 (et. q. 15. de ideis) et. q. 1. ar.
 4. ad. 1. et ibi interpretes.

circa Sane distinctionem est
 questio de veritate conclusio-
 nis ipsius. Pro

45

In qua componenda sume sex articu-
los duarum questionum. quas sic exci-
tat dicitur Thomas. et per ordinem ex
singulis prima confice argumenta. Sic

Primum. q. deus non cognoscit singula
ria ~

Secundum q. saltem non cognoscit ma-
la.

Tertium q. sequitur q. si res cognosce-
ret ille non essent in deo

quartum. q. si ne deus nihil posset cognos-
cere (ut constat) ideo autem nihil omni-
no esse uideret maxime in deo.

quintum q. si ideo essent in deo essent
plures ut communiter admittit. Sed autem
pluralitas esse non potest.

Sextum q. si ideo essent in eo ad cognos-
cendum essent omnium. que cognoscat
quod probat esse non posse.

Reliqua prossequere ad exemplaria data

Vel sumis. ex questione. 14. prime
partis. et ex questione. 15. articulis ne-
cessariis. et cum eis et ex eius questione
perfectis. quod est minimum negotij

112

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Distinctio Trigesima septima
 qua incipit. Et quoniam de modo
 tractatum est. etc.

Postquam Magister in precedenti egit de modo
 quo res sunt in deo. In presenti dis-
 tinctione. que sexdecim capitulis absol-
 uit. incipit agere de modo. quo deus est
 in rebus. et dividit in tres partes. In pri-
 ma ostendit veros modos. quibus deus est
 in rebus. a principio distinctionis usque ubi
 cumque divina natura. In secunda par-
 te removet falsos modos. quibus non est
 in rebus usque ubi ad hoc autem solent. In-
 tertra subiungit qualiter deus incipit
 ad esse. et de sinat in creatura usque ad fi-
 nem distinctionis. que in epistola memorie
 dacta sic habet

In omnibus generaliter rebus deus est
 per presentiam. potentiam. et essentiam. si-
 ne tamen sui definitione. aut limitatione.
 ne. est etiam in omnibus sine circumscrip-
 tione. et in omni tempore sine mutabili-
 tate. est Insuper in sanctis specialiter
 et excellentius scilicet per gratiam suam
 non sic quod in se manere desinat. aut quod manē-
 te in eis una persona excludat alia. excel-
 lentissime autem est in homine christo.
 per gratiam unionis hypostatica in quo
 inhabitat omnis plenitudo divinitatis cor-
 poraliter. Sicut autem tertium modum o-
 mittit pro nunc Magister. usque ad librum
 tertium. subiungens quod modus hic quo deus
 est

est in omnibus rebus intellectu ^{nostro} nec capio
 nec exprimipotes. excludit etiam modum
 quorundam decentium q. ex solo deo
 sic in omnibus rebus per presentiam q.
 omnia sunt ei presentia, per essentiam
 uers et potentiam q. uirtute ~~essentia~~ suae
 naturae. et potentia omnia conseruat. et
 in omnibus operat. et hoc propter sui sim-
 plicitatem. et infinitatem. est ergo ubiq.
 per essentiam ^{intime}. sed in solis bonis inhabitat
 per gratiam. Prius autem q. res aut san-
 ctis essent. deus qui nullus eget q. que ut
 modo in se habitauit.

Neq. tamen per hoc q. deus presens est in
 rebus etiam immundis maculat. sicut
 nec spiritus humanus a corpore leproso.
 neq. a rebus foedis uel locis immundis ra-
 dius solaris. et quamuis deus est ubiq. et
 in omni tempore. non tamen temporalis
 est aut localis. q. nec subest metri. nec lo-
 co terminat. aut circumscribit. Spiritus
 uero creat. loci quidem terminat. non au-
 tem circumscribit. qui per tempus aut se-
 cundum tempus mouet per affectiones tem-
 poris subiacentes. deus autem minime.

qui et sine sui mutatione incipit deus
 us uel desinit esse in creatura. modo pro-
 dicto. et Saltemus de littera distinctionis
 quam magister Latinus prosequit in duobus
 auctoritatibus precipue. colos. 2. Hier. 23
 15 ai. 6. et. 66. et August. lib. 3. cap. 2. ad

maxim
 et
 +

defecerunt autem hij
 q. acceperunt esse in lo-
 co per modum. quo
 corpus in loco est. et ideo
 dicebant q. essentia dei
 non proprie est in loco
 sed dicit esse per essen-
 tiam in quantum om-
 nis essentia ab eo est.
 et in quantum ipse per
 uirtutem essentiae suae
 operat. sed hoc non suffi-
 ciat. ^{Operat} ^{est} ^{ergo} ^{deus} ^{ubi} ^{est}
 q. inhabitat. sed mundi
 est inhabitare ubi uisq.
 est. quoniam sicut anima
 rationalis h. ta est essenti-
 aliter in singulis partibus
 corporis non tamen e. que
 licet aut e. que in eis se
 in omnibus operat.

1 hebr. 13. sap. 1
 Ioan. 17. August
 lib ad dardanum
 cap. 11. Luc. 11. m
 att. 6. August de
 agone christi. Bede
 in lucia. psal. 47. et
 August. 33. qq. 9. 20

ex qua tres eliciunt conclusiones in quibus
 eius tota summa consistit.
 Prima conclusio. deus est in omnibus rebus
 presentialiter. potentialiter et essentialiter.
 sed in iustis specialiter per gratiam.
 Secunda. deus ubique existens nulla tem-
 poris aut loci variatione mutat.
 Tertia. deus sine sui mutatione incipit
 aut desinit esse in creatura.

†
 ex qua tamquam ab ali-
 cius conclusio in qua eis
 fere summa consistit. quae
 talis est
 Deus tribus modis est ubi
 q. et in iustis per gratiam
 nulla temporis aut loci
 mutatione Variatus licet
 incipiat aut desinat esse
 in creatura.

Dubia Literalia siue
 textus expositio

metrice sic.
 Solus ubique deus nullis
 discriminibus rerum.
 mutatur nullis tempore
 sine loco.

1

circa illa verba pro medium capitis
 secundi (ita deus cum sit in omnibus et
 sententialiter ac totus. in illis tamen ple-
 nius esse dicitur quos inhabitat) querit
 ratio siuis differentis et dicendum est
 q. aliq. creatura quamuis consequantur
 divinam similitudinem per operatione
 ipsius dei non tamen attingunt ad ip-
 sum deum secundum suppositum, et ita
 quamuis deus in eis sit. non tamen ipsa
 cum deo sunt. sed creatura rationalis at-
 tingit ad ipsum deum. secundum q. ipsum
 amat. et cognoscit. et ides cum eo esse dicitur
 et eadem ratione dicitur capax dei. sicut.
 sua perfectio nis per modum obiecti. et prop-
 ter hoc etiam dicitur templum dei. et inhabi-
 tari a deo.

2

contra illa verba circa finem capitis se-
 cundi (nam ubi non sunt cum illo, nec qui
 in

in luce non sunt cum luce) obicit, quod
 mali sunt irides, in illis enim viuunt,
 mouent, et sunt, ergo si non importatur
 maior conuenientia in hoc quod est esse
 cum aliquo quam in aliquo, uideat quod siue
 mali dicunt esse irides ita dici debeant
 se cum deo. Item quod istarum est ma-
 gis propria deus est cum malis uel malis
 cum deo? uideat quod hec mali sunt cum deo.
^{sed} unde Augustinus in lib. confess. ait me
 cum eras, et tecum non eram. dicit quod
 quod pro statu peccati. sed contra. cum
 dicit auctoritatem in causis, ergo uideat
 quod melius dicit Somus cum deo quod conuer-
 so. R^o dicendum quod hec prepositio cum
 dicit associationem, in societate autem
 considerant duo scilicet mutuum auxi-
 lium, et conformitas voluntatis, quoniam
 ergo soli boni. Sabent uoluntatem confor-
 mem. et sunt coadiutores dei, ides deus
 solus proprie dicit quod sunt cum deo, et e
 conuerso, quod tunc. hoc quod est esse cum
 non dicit auctoritatem, quod uero malis non
 conformant, neque auxiliant deus in sua
 salute, sed contradicunt, et tamen deus
 adiuuat eos in multis, ides dicit Augus-
 tinus mecum eras est
 contra illa uerba in fine capitis tertij
 in se habitabat deus, apud te habitabat, et
 apud te est) obicit, quod prepositiones sunt
 distinctiue, quod transitiuæ, si ergo deus a se
 non distinguit male dicit quod apud se erat
 si dicas quod dicitur transitionem tantummodo
 quantum ad modum, contra est glossa
 sup

Super primum caput Joannis dicens q. apud
sonat distinctionem patris ad filium. R. dicitur
dum q. deus non solum est in creaturis sed etiam
apud se. unde Augustinus in lib. confess. de
in se. ut alpha. et o, in mundo, ut creator et
rektor, in angelis, ut sapor et decus, in liberatis
vel electis ut liberator et adiutor, in reprobis
sicut terror et horror. Ad id autem quod obicitur
et scilicet q. propositus dicit distinctionem et
transitionem. R. q. quantum est de virtute
sua significationis non dicit nisi transiti-
onem quantum ad modum, quod autem dicit
quantum ad rem. hoc est rationem materiae, si-
ue terminorum, quibus additur.

4 circa illa verba in fine capitis quinti (quo
modo deus habet in aliquo. id est habetur
cum videlicet ita est in aliquo ut ab eo cogn-
oscat. et diligat) est dubium. quoniam deus
habet in parvulis, qui eum non cognoscunt
ergo assignata ratio minus sufficiens est
et conveniens. R. quod cognoscere contin-
get dupliciter. scilicet actu. et habitu. parvuli
autem quamvis non cognoscunt actu. cognos-
cunt tamen habitu. et q. gratiam habent et
habitus virtutum, sicut dicit in quarto libro.

9 circa illa verba prope medium capitis sexti
(sicut multa de deo intelligimus. quae loqui
peritus non ualemus) adverte q. causa huius
diversitatis est. q. causa semper excedit
causatum, in quibusdam autem locis cau-
sat intellectum. sicut in his quae per discipli-
nam perdiscunt. unde contingit q. intellectus
adis

adscientis non pertingat ad virtutem locutionis. & tunc potest loqui ea que audit sed non intelligit. et similiter est in his que pure sunt fide et intellectum humanum excedunt. fides autem ex auditu est. Rom. 10 quando qz autem intellectus est causa locutionis, sicut in his que per inuentis nem sciunt. unde in his intellectus locutionem excedit ut multa intelligant que proferi non valent.

contra illa verba ibidem circa ~~ferre~~ medium dicti capituli sexti (quo modo autem ubiqz sit deus intellectu non capimus) arguit. qz quod intelligimus debet rationi sicut dicit Augustinus, sed habemus rationes per quas scimus deum esse in rebus presentiatiter, essentialiter, et ergo. etc. si dicas qz non comprehendimus que dicunt de deo. contra. qz neqz aliquid similiter dicunt de deo comprehendimus ergo non magis de hoc qz de supradictis de hisse dicere Magister qz sit ineffabile. R. qz que dam sunt pure intelligibilia. et talibus non contradicit imaginatio sed deficit. que dam sunt sensibilia. et in talibus sufficit. que dam sunt quodammodo imaginabilia. et quodammodo ^{intelligibilia} intelligibilia. et in talibus intellectus frequenter deficit. et imaginatio contradicit et deficit. ut cum cogitamus deum esse ubiqz. deum solo intellectu capimus. locum autem imaginamur, et qz nostra imaginatio extra non capit, qz aliquid crea

creatum sit in pluribus locis. et intellectus claritatem lucis non respicit. Hinc est q, talia nobis non intelligibilia iudicantur magis q, ali-

7
a.
contra illa verba prope initium capituli octavi
(^{cum} spiritus creatus sordibus corporeis etiam leprosi
vel quantumcumq, polluti inquinari non possit)
arguit. q, sapientia. 9. dicit corpus, quod corru-
pit aggravat animam. Et iterum anima con-
trahit peccatum originale a carne, et ab illa in-
fertur. R. q, sicut generatur urtica est, que
est similis ex simili, et squinosa que est dissimi-
lis, ita est infectus secundum rationem verius
cam, ut quando leprosus facit leprosum, et secun-
dum squinosam, ut infectus generat infectio-
nem, primo modo loquitur magister q, anima
leprosi non est leprosa. secundo autem modo
precedit obiectus, non enim necesse est q, omne
tangens immutet ab eo quod tangit nisi in his
que agunt et patiuntur ab invicem, ut in primo
de generatione dicit, et hec sunt, que in materi-
a conveniunt. unde orbis luna non immuta-
t ab igne contingente, ac proinde stultum est
dicere q, essentia divina inquinat res immu-
dis, quibus per operationem applicat.

8
contra illa verba desumpta ex Augustino in me-
dio capituli octavi (cum in dies sint omnia que
condidit non tamen inquinant eum, illi qui pec-
cant) arguit sic sordes corporales inquinant
res corporales, ergo et sordes spirituales res spiritu-
ales. Item si deum non inquinant ergo possumus
dicere q, deus est in diabolo, quod est contra om-
nem usum loquendi. R. q, sicut tangit magis
ter

ter res spirituales non inquinantur a ^{corpor}alibus ut modo dicebamus quod non inquinantur
in materia. ut patet in radis quibus in fine
specibus. ad id quod de diabolo et peccatoribus
obicit. R^r q. etsi deus non dicat absolute
dissimilitudinem quam importat et contumeliam
quam videt ^{grasse} facere) esse in illis non inesse
nec tamen concedere quod in illis sit quantum ad
conservationem naturae.

contra illa verba prope initium capituli r^rij.
(neque demeritum habet scilicet divina natu-
ra sicut corpus) obicit quod ephes. 3. dicit ut
possitis comprehendere cum omnibus sanctis
quae sit longitudo. Latitudo est. et glossa ex-
ponit illud de deo. R^r q. magister proprie
loquitur ad literam. Apostolus autem loquitur
metaphorice. unde multipliciter exponuntur
et illa verba. in deo enim longitudo est lon-
ganimittatis. Latitudo charitatis. sublimitas
miserericordiae. et profundum iustitiae. sive
sapientiae. quantum ad dei iudicia.

circa illa verba eiusdem r^rij capituli prope
finem (non ut etiam per tempus et locum
creaturam corporalem) dubitat. videt en-
im mala ista diuisis Augustini. primo quod
philosophus nulla ponit mutationem secundum
tempus. et iterum sua diuisio non videtur suf-
ficiens. quod Philosophus ponit sex species motuum
R^r q. secundum philosophum omnes species
motuum ad hunc duplicem motum reducuntur
scilicet ad motum ad situm. et ad motum ad
formam. Augustinus autem motum ad situm
intelligit per motum secundum locum. qui est en-
tis completi et perfecti. sive de immutatione cir-
ca

ca qualitatem siue proprietatem subs-
 tantia, eatenus quia ad situm est nisi pari-
 ter sit ad formam. ^{et} Motum ad formam,
 quia sub dividit per quinque species compre-
 hendit sub mutatione secundum tempus.
 propter hoc q. de se dicit mensuram vari-
 abilem et rei variabilis. unde omnem
 mutationem que est secundum propieta-
 tes rei absolutas et intrinsecas, siue se-
 cundum qualitates corporales siue spiritu-
 ales, ut sunt affectiones in animabus, ipse
 vocat mutationem secundum tempus, et
 sic patet ratio divisionis et sufficientia

11

contra illud in fine dicti capituli rwni (spi-
 ritualis autem creatura per tempus movetur)
 Arguit q. spiritualis creatura mensurat
 quo cum sit perpetua, ergo si movetur rwn
 per tempus, sed per quum movetur. Item
 intellectus angelicus est dei formis sicut
 dicit Philosophus, ergo intelligit in instā-
 ti et per ratione afficit, ergo rwn in tempo-
 re. Preterea tempus proprius est mensu-
 ra motus primi mobilis, ergo illud solum
 mensurat tempore, quod subiacet illi mo-
 tu. Sed talis rwn est angelus, neque eius mo-
 tus, ergo. R. notando pro horum intel-
 ligentia, q. tempus uno modo sumit pro-
 prie et sic dicit mensuram rei numeri-
 bilis in quantum mutabilis tamen sub
 ratione continui. Et quoniam motus pri-
 mi mobilis est motus maxime evidens et
 continuus inter omnes, ideo tempus huius-
 modo dicit proprie esse in primo mobili
 sicut in subiecto in quo primo est, et in quo
 pri

primis apparet. Alio modo dicit tempus
 mensura cuiuslibet rei mutabilis secundum
 dum quod mutabilis. Si uero uocat instantaneae
 nec siue continue. et sic non tantum
 est in rebus primis immobilibus. et in eis quae
 ei subiacent. sed etiam in omni creatura
 circa quod accidit uariatio. et sic est in
 angelis. et per hoc patet ad obiecta. et e-
 nim quum est mensura angelorum
 quantum ad esse substantiale eorum
 quod est inuariabile et incorruptibile
 sed tempus quantum ad proprietates
 quae uariantur. et quaedam subito. quae
 dam successive. sicut patet in angelis
 per naturam paulatim interdum aliquam
 affectionem. et sic patent cetera.

contra illa uerba post initium capitis
 decimi quarti (sicut in duobus sapientibus
 quorum alter altero corpore gran-
 dior est. sed sapientia non est una sapi-
 entia est) Arguit. uidet enim falsum
 dicere quod una sapientia sit in duobus. si-
 ue maior. siue minor. quod sapientia est
 accidens et qualitas sapientis. et acci-
 dens per substantiam numeratur. R^o quod
 aliqui uoluerunt affirmare quod eadem sa-
 pientia creata sit in duobus sapientibus
 quod nituntur probare per duas supposito-
 nes. altera est quod species rei in anima non
 differant per essentiam a re extra. Alte-
 ra suppositio est. quod eandem rem possunt
 cognoscere et scire duo sapientes scilicet u-
 num enunciabile. quod dictum est singu-
 lare. et hoc ultimum constant est. sed il-

Sed prius mirum q. species in anima
non differant a re extra secundum essenti-
am. ostendunt sic q. per eadem cognosci
e res. per quos habet esse. ergo si per formam
suam habet esse. habet similiter et cognos-
ci. at formam vere est in anima. et cum
intellctus sit sciens per illam formam. et
contingat aliquos duos eadem omnino scire
et cogitare. ex consequenti illa non tantum
est vera forma. sed et una forma. et hoc
persuadent per hoc q. si forma potest secun-
dum veritatem eorum similem formam in
materia producere. et se ipsam facere in
aliena materia. quare non erit simile in
anima. quae habetur est ad recipiendum
unde et id ipsum asserere tenuisse Augus-
tinum. et consequenter affirmant sapien-
tiam non esse ad modum aliarum prope-
tatum.

Sed huiusmodi positio deuiat ab Augus-
tino. q. ipse et alij sancti in ea sunt sente-
tia. q. esse in pluribus omnino distinctis
non conuenit uni et eadem creature nisi
per miraculum. ac proinde dicta senten-
tia falsum est fundamentis. Si enim veri-
tas assini esset in anima. quare anima non
diceret esse assinus? et iterum si esset ve-
ritas adhuc non esset eadem. q. nulla for-
ma cum generat se. generat se omnino
eandem. sed de necessitate pluralitas est
sentia in generante et generato. propter
indes et propterea non facit ad propositum.
est ergo secundus modus dicendi q. Augusti-
nus intelligit de sapientia increata. quae est

in sapientibus et attingit ubique propter sui
mundiciam. Sed cum Augustinus intendit
ponere exemplum in creaturis. non videt ad
huc huc esse secundum eius intellectum. et
propterea ipse dicit q. sapientia est equalis in
duobus qui sunt equaliter sapientes non au-
tem in alijs. ac proinde videt loqui de habi-
tu. Et idem est tertius modus q. loquit de
unitate per conformitatem. Sed illud ad
huc non videt convenienter dictum. quia
maior esset in duobus q. in uno. ut patet
in duobus divitibus qui sunt in divitijs co-
formes et equalis.

Propter hoc ducendum q. similitudo sine
intento in anima potest comparari ad a-
nimam in qua est. et ad illud cuius est.
et quoniam ortum habet ab eo cuius est
et ad illud dicit idem similitudines unius
rei in pluribus animabus. quia in unam et
eandem veritatem ducunt. et tantum u-
na quantum dua. Hinc est q. per compara-
tionem ad illud cuius sunt habent unita-
tem. nec maius sunt dua. q. una. et simi-
liter sapientia. Sed in comparatione ad
animas. quae per illas cognoscunt habent
pluralitatem. et plus sunt dua. q. una. et
ex consequenti patet q. non potest poni o-
mnino simile. quia res differunt in intro-
itu. siue similitudine. in deo autem. in
quo non differunt patens est quoniam potest
esse in multis. et ex dictis patent cetera ob-
iecta. ¶ Vel dicit brevitex resumari q.
scientia est una in specie ex parte scibilis
differens numero ex parte scientium nec
maior nec minor. Ob maior vel minor cor-
pus q. non habet localem situationem. si-
cet sit maior aut minor secundum certitu-
dinem intensivam. aut numerum scitoꝝ

† de materia istius
distinctionis agit d.
thom. 1. p. q. 8. ar. 1.
et 2. et q. 52. ar. 1.
et q. 53. ar. 1. et ubi
interpretet.

^ scientis

circa hanc distinctionem
 quærit de veritate conclu-
 sionis ipsius.

Pro cuius questionis compositione et forma
 sume tibi. quinque articulos questionis pri-
 mæ quam circa hanc distinctionem dicit
 Thomas examinat. et proprie primam
 singula eorum prima argumenta. Sic

Primum argumentum qd deus non sit in
 rebus

Secundum. qd saltem non sit in illis per po-
 tentiam essentiam. et potentiam. in sanc-
 tis per gratiam. Et in Christo dominus per es-
 se.

Tertium. qd saltem non sit ubiqz

quartum qd datus sit ubiqz non tamen illi
 soli conveniat

quintum qd sequitur qd ab æternis illi con-
 veniat.

Reliqua disponant ad normam datam

Et quoniam prædicta non erunt satis su-
 me. tres articulos tertie questionis quam
 sic idem sanctus doctor pertrahat de loca-
 bilitate angelorum. et effice ex illis secu-
 dam questionem articulos connectendo

Vel si vis ex partibus questionem compila-
 re

^
premis partibus

re. Summe Articulum primum questionis
septime. et quatuor articulos questionis
octave. et articulum secundum questionis
52. et articulum tertium questionis se-
cunde. quam hic disputat dominus Thomas
et connecte eos etc.

299

[Faint, illegible handwriting throughout the page, likely bleed-through from the reverse side.]

172

primus p[ar]te

[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or Greek, covering the majority of the page.]

Distinctio. Trigessima octava
 quæ incipit. Nunc ergo ad propo-
 situm. etc.

Postq̄ magister in precedenti egit de
 scientia dei secundum se. et de compa-
 ratione rerum scitarum, In presenti
 distinctione, quæ quinque capitibus abs-
 oluit. incipit agere de comparatione sci-
 entia ad res scitas. Et dividit in tres par-
 tes. In prima querit an scientia dei sit ca-
 usa rerum scitarum a principio distincti-
 onis usq̄ ubi. Hanc ergo quæ uidet. In se-
 cunda subiungit determinationem que-
 stionis motæ usq̄ ubi. ad hoc autem, quod
 supra dictum est. In tertia mouet et sol-
 uit questionem ex determinatione du-
 bitationis motæ emergentem usq̄ in fi-
 nem distinctiois. quæ in ep̄tho men-
 data sic habet.

Causa rerum est dei prescientia, itaq̄, si
 futura non fierent, nisi eas deus presci-
 zet, ^{est} quod q̄ impossibile fit eas non eueni-
 re dum deus eas presciuit, nec proinde
 res scita sunt causa scientiæ dei, sic enim
 temporale esset causa æterni, neq̄ sanc-
 ti. et specialiter Origenes aliud sentit
 nisi q̄ erunt res scita causa prescientiæ
 dei tanq̄ conditio sine qua non. neq̄ ex
 dictis sequit̄ q̄ deus sit causa malorum
 ex eo q̄ mala ab ipso scita sint, non enim
 noscitur mala nisi notitia simplicis intelli-
 gentiæ per quam notitia non est causa

et ueluti causa
 consequentia. et
 non essendi cum
 dicit q̄ futurum
 est idcirco a deo
 anteq̄ fiat.

rerum, nisi forte sic dicat causare ut
sine qua non, nec enim deus quemq[ue]
que peccare, q[ui] sit eum peccaturum, et
sic est dicere q[ui] sit es mala non essent
sicut ipse, nec velit nec approbet ea sed
tantum bona. Stat autem et cum de

certissima prescientia contingenti su-
torum, itaq[ue] non sequit[ur], deus ea certo pre-
sciat, et eius scientia falli non potest
ergo necessarius eveniret: contingencia
enim futura secundum se contingencia
sunt, licet certum sit ea evenire q[ui]ntum

ad dei prescientiam. Unde propositio
illa, et similes, impossibile est non eve-
nire, quod deus presciat; Possibile est
non evenire a deo presertim, contingit
tim. et in sensu composito falsa sunt, in
sensu autem diviso vera. Tunc enim

simul, stat ea a deo preserta et tamen in
se fore contingencia. et h[ec] de littera
distinctionis, quam magister Satius pro-
sequit[ur] in duobus auctoritatibus precipue
origen. lib. 7. cap. 13. et tom. 4. cap. 3. et Augustin.
et Augustin. Somn. 53. tom. 9. eccl. 18. et Augustin.

ex qua pres eliciunt conclusiones in quibus
cuius tota summa consistit. vel ut patribus
Prima conclusio. deus scientia approba-
tionis non est causa simpliciter omnium
futurorum contingentium, sed tantum
bonorum.
Secunda conclusio. ineffabilis dei prescien-
tia

ad Roman
super
lib. Som
4

et propterea dicit ma-
gister q[ui] deus hominum
peccata punit non sua
quasi dicat neminem
sua prescientia cogit
ad peccandum, si enim
cogit iam peccata
non imputarent ho-
minibus, sed ipsi deo
unde nec deus prescit illa tan-
q[ua]m facturus nec tanq[ua]m sua
sed illorum, qui sunt ea
facturi vel habituri, pre-
scit ergo illa sola insti-
tia sed non beneplacito
auctoritatis.

ita etiam et illud im-
possibile est non esse pre-
scitum omne quod fit
id est non potest esse utri-
q[ue] scilicet et fieri et non
sit presertim. Sic sensus
verus est. si vero dicit de-
um non potuisse prescere
omne quod fit falsum est
potuit enim fieri et non
fieri, et ita non esse pre-
scitum

St. August. 15. de trinitate
cap. 13. eccl. 23

tia est causa sine qua non omnium bono-
 rum et malorum.
 Tertia conclusio quod ineffabili dei pro-
 scientia stat indifferenti, vel libera futu-
 rorum contingentia

ex qua tunc membrum eli-
 est conclusio in qua ei-
 fere tota summa consistit
 que talis est.

Deus scientia approba-
 tionis causat bona; pres-
 cientia autem ineffabi-
 li omnia, cum quia stat
 liberum futurorum
 contingentia.
 metrice sic
 quamvis non possit
 divina scientia falsis
 libera contingit. mul-
 ta futura tamen.

Dubia literalia siue

I. circa illa verba Augustini post medium
 caput primi. (Nec aliter sciuntur creata
 qm creanda) dubitat et arguit quod sic
 vere cognoscit sicuti est, sed aliter fuer-
 ure quando erant creanda. qm cum sunt
 creata qm primo fuerunt res in causa
 et secundum quod postea simpliciter
 et in proprio genere, ergo autem deus non
 vere cognoscit, aut aliter cognoscit.
 Item angelus cognoscit res in verbo, et
 cognoscit eas etiam in proprio genere
 et alius et alius modus cognoscendi est
 Sic ab illo ergo cum deum non lateat
 quod novit angelus videt q, deus utroq;
 modo cognoscit, et per consequens aliter
 et aliter. R. dicendum q, cum dicimus
 rem aliter cognosci dupliciter potest in-
 telligi, aut itaq, ad verbum deat aliter
 tem quantum ad cognitionem, aut qu-
 antum ad esse rei cognite. Si quantum ad
 esse rei cognite sic est verum, et est sensus
 deus cognoscit rem istam aliter esse, vel
 se habere qm prius ^{se} habuit et sic non intelli-
 git ^{magister} angelus. Si autem ^{dicat} aliteratem quantum
 ad cognitionem sic est falsa et est sensus de-
 us aliter rem factam qm prius faciendam co-
 gnoscit

et Aug-
ustinus

gno

gnosuit. et ita falsum est, quod significat
 & divina cognitio alterata. et quod aliquid
 videtur recepisse a se extra. et per hoc patet
 ad primam objectionem. Ad id autem
 quod obicitur quod deus cognoscit res in pro-
 prio genere sicut angelus. Respondetur quod cognos-
 cere res in proprio genere dupliciter in-
 telligitur. aut ita quod illud esse quod res ha-
 bet in proprio genere cognoscatur. et hoc est
 perfectionis. nec latet deum. et ita non
 facit ^{modum} modum cognoscendi a cognitione
 in verbo. aut ita quod aspectus intelligentie
 sine vis cognitiva deflectat supra rem
 ut est in proprio genere. et hoc est imper-
 fectionis quod vis cognoscens egreditur extra
 se. et hoc in nullo modo potest poni in deo
 et ita facit in angelis alium modum cog-
 noscendi. et patet solutio.

circa illa verba post initium capituli ter-
 tij (tunc eius quod eternum est aliquid
 existeret causa) in quibus magister uu-
 le dicitur quod presentia dicit quid eternum
 arguitur quod presentia dicit respectum ad
 creaturam futuram. sed nihil est futurum
 secundum esse quod habet in deo sed in
 proprio genere. ergo commutat aliquid et
 porale. et ex consequenti videtur quod dicitur
 ex tempore. Preterea respectus ille nihil
 dicit a parte dei nisi nostrum modum in-
 telligendi. ergo tunc est ille respectus qu-
 ando est noster intellectus. non ergo fu-
 it ab eterno. Respondetur magistro quod pre-
 sentia dicit quid eternum et ab eterno
 cum enim non importet nisi duo scilicet
 ante

antecessorem et scientiam et antecessor
 sed ~~omnibus~~ sic antecessorem crea-
 turam et scientiam naturaliter patet q
 prescientia quod eternum dicit. Ad id uer-
 uo quod obicit scilicet q, importat rei
 futuritatem. R q, futuritas unomodo
 importat successorem temporis, et ita
 non est de ratione prescientie. hoc enim
 modo futurum incipit cum tempore -
 alio modo futurum importat ordinem
 temporalem ad eternum secundum con-
 secutionem, sicut prescientia antecessi-
 onem et quoniam iste ordo solum exi-
 git primum extremum in actu et illud
 fuit ab eterno id est futuritas et prescien-
 tia. Quando autem arguit q, respectus a
 parte dei nihil dicit secundum rem. R
 q, est falsum q, respectus ille est divina es-
 sentia. sed uerum est q, nihil dicit respectu
 tum siue dependentiam, nisi secundum
 modum intelligendi. Et idem non cepit se
 uerum rem sed solum modus significan-
 di cepit. et quando magister dicit q, pre-
 scientia dicit quod eternum non intelli-
 git nec loquitur de ratione significandi.
 sed de eo quod significat per nomen

3 contra illa uerba post initium capituli qu-
 arti. Cita etiam dicimus scientiam uel
 prescientiam dei non esse causam eorum
 que fiunt nisi talem sine qua non fiunt
 si tamen scientiam ad uoluntatem tantum
 referamus. Si uero nomine scientie inclu-
 dit beneplacitum atq, dispositio, tunc recte
 potest dici causa eorum que deus facit. Ar-
 guit

Arguit qz aut scientia hoc modo. et illo //
 dicto dicit eundem modum sciendi. aut ali-
 um. si eundem. ergo si uno modo est cau-
 sa etiam et alio. si alium modum ergo
 inde est multiplex modus sciendi ac ex
 consequenti non uniformis per omnia.
 Item scientia simplicis notitia est deus. et
 deus est causa omnium. ergo scientia sim-
 plicis notitia est causa omnium. R. qm
 nobis notitia simplex. Et notitia benepla-
 citi dicitur diuersas cognitiones. et dicitur
 solus modus cognoscendi. et ex consequenti
 connotat diuersa. inde autem unica
 tantum cognitio est. sed illa una facit de
 quod res multas. ac proinde illa una dupli-
 citer potest significari. aut per modum ap-
 probationis. aut per modum notitia simp-
 lici. et cum significat per modum appro-
 bationis connotat effectum. et bonitatem.
 quando uero per modum simplicis notitia
 solum euentum. Et quoniam esse causa
 alienius connotat effectum. siue respectum
 quamuis eadem sit scientia. siue sapien-
 tia a parte principalis significati. ideo di-
 cit. qz hęc est causa illorum. quę prescit. il-
 la non. et hęc dicit non qz res significa-
 ta non sit causa. sed qz ut sic significata est
 non significat per modum causę. quoniam
 comparat ad ea. quę nullo modo sunt a
 deo.

contra illa uerba circa medium capitis q
 uarti (deus inquit Augustinus futurę
 prescius per prophetam pę dixit infideli-
 tatem iudeorum) Arguit qz cum dictum
 propheta fuerit uerum certitudinaliter
 uidet qz deus reuelauerit iudeis suum ca-
 sum

Sum seu damnationem quod est contra
 ipsum ^{Augustinam} super genesim ad literam ubi dicit
 q. nulli debet revelari ne cogat desperare
 R. q. casus potest predicti, sed non propter
 hoc revelatur. siue q. decenti non creditur
 siue q. dubium sub conditione intelligi
 t. siue intellectus intelligit de alio et non
 de se ipso. et q. dubium esaiæ prophete co-
 minatione et generaliter erat dictum, et
 hominibus iam in parte incredulis non
 advertentibus, omnibus huiusmodi potuit
 intelligi ut esset predictio et non revela-
 tio

De materia huius distinctionis agit .d. tho
 1. p. q. 14. ar. 3. 13. et 14. et ibi exposito
 res ipsius.

Est questio de veritate con- clusionis distinctionis huius

Pro qua sume quinque articulas ques-
 tionis. quam sic disputat divus Tho-
 mas. et argue primo. Sic

q. Secunda dei omnino sit causa rerum
 Secundum. q. non sit uniformiter de
 rebus scilicet.

Tertium q. dato sit uniformiter etc. non
 tamen esse potest enunciabilem.

quartum. q. saltem non poterit essen-
 tium.

quintum. q. neq. contingentiurn esse pos-
 sit) Reliqua disponantur ad normam da-
 tam

q. si ex partibus uis decenda sumere
 accipe primum, secundum, tertium
 quartum, octauum, nonum, decimum
 tertium. et decimum quartum arti-
 culos quatuordecim decime quartae primae
 partis. et committe ad exemplaria q
 prius tibi tradita. et ad nomen profi-
 xam.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Distinctio trigessimana nona
 quae incipit *P*osterea quae
 in solet.

quinque

Postquam magister in precedenti egit de
 scientia dei qualiter se habeat causa
 licet respectu rerum creaturarum in haec.
 agit de ipsius scientia immutabilitate
 quae ^{quatuor} capitibus absoluit. et
 in tres partes dividit. In prima inqui-
 rit an scientia dei possit augeri. vel
 minui. et huc a principio distinctio usque
 usque ibi. Hic opponit. In secunda in-
 quirat an deus possit scire quod modo
 nescit et huc usque ibi. et huc quod pro-
 dictum est. In tertia quandam objec-
 tionem et eius solutionem adducit
 ab inde usque in finem distinctio-
 nis. que in epithymen ~~causam~~ re-
 dacta sic habet

et si aliquid subiectum esse possit scien-
 tia dei. quod ante non fuit. aut etiam
 de sine esse aliquid subiectum esse
 eidem scientiae. quod ante subiectum
 fuit. tamen ipsa dei scientia. per hoc
 non mutatur. Sed omnino immuta-
 bilis est. Hae enim est eius sapien-
 tia. et illa sua essentia. Unde nequa-
 gmentari potest. nec minui. immo et
 absque sui mutatione deus scire potest
 quod nescit. et potest velle quod non vult
 et

uult. Et si propositio illa
diuisim intelligant. sic enim desig-
nant deum sapere libertatem. Et
potentiam omnia sciendi uel non sci-
endi sicut ab eterno habuit. Et hoc
loquendo de scientia approbationis
potest ergo et ad hunc sensum plura
scire qz scit. et contra pauciora si-
re qz scit, sed sine inmutabilitate.
Providentia quoqz de omnes creatu-
re simul gubernant. qz uis unguis
licet omnibus provideat. sed eum libet
secundum modum suum.

mutacione in re-
bus ipsis facta.

nec sanctus Hiero-
nimus sentit contra
hoc. sed tantum q
deus non scit per in-
terualla temporum
sicut res ipse oriuntur
et desinunt. et
eandem concludit q
scientia deus ad plura
se extendit. qz prouiden-
tia
ex qua ~~concluditur~~
elicitur conclusio in qua
ipsius summa consistit
que talis est.
Deus omnia inuicem
liberiter noscit; et sci-
entia visionis potuit
plura scire; cuius sim-
plex est omnium pro-
uidentia // // .
metrice sic
vna manet semper diui-
na scientia quando
illam augere nil minus potest

et hoc de litera distinctionis quam
magister fuscus prosequitur in dictis
preceptis auctoritatis. Augustini. lib. 15. c. 13
et 14 et
2. cap. 5 detinet Hieronymi. tom. 1. lib.
6. in Abbae dicitur ^{caput 1} et sapientia. 12. et 1. corinth. 9

ex qua tres eliciuntur conclusiones in
quibus eius tota summa consistit. vel
prima conclusio. deus omnia et inua-
riabili scientia scit simul presentia
omnia. preterita. et futura -
2a conclusio. deus scientia visionis si-
cet non ex tempore potest scire plura
qz scit atqz pauciora.
3a. deus simplici prouidentia gubernat

una
memb

ter simul omnes creaturę. 11 ~ 11 ~

Dubia Literalia

siue textus expositio

1
arguit / do) q̄ scire est essenziale in diuinis, ex
go si seie nascendo, cum nasci deat
proprietatem personalem proprie-
tas personalis est ratio rei essentialis
quid est omnino falsum. R̄ q̄, aliqui
voluerunt dicere q̄, scire dei relationem
ad creaturas, itaq̄, una persona sciat
seipsam est dictum essentialiter. si se
cuiusdamq̄ una persona sciat aliam
dicit respectum persona ad personam, et
est dictum notionaliter. Sed hoc minus
conuenienter dicit q̄ sicut in precedē-
tibz habitum est sapientia et sapere
essentialiter tantum dicunt. est prete-
rea aduertendum q̄, ablatiuus ille nō
tantum dicit causam, siue rationem
dicendi sed concomitantiam, gerun-
dia enim sicut dicit Priscianus debent
exponi per. si. uel per dum. uel per q̄
et primo modo dicit concomitantiam
Secundo concomitantiam rationem, et ter-
tio causam.

2
contra illa uerba circa idem medium
capituli primi (et omnia que sunt in eo-
rum scientia, in eorum sapientia et
in eorum essentia unusquisq̄ eorum
uide) obicit q̄ supra distinctione
36 dictum est q̄ creatura sunt in dei in-
titia. sed non in dei essentia, ergo est con-
tra

traductus. R^o q^o in diuina scientia
sunt scribilia. in diuina uero essentia,
sunt attributa sicut potentia sapien-
tia et bonitas. et Augustinus uult d^{ic}ere
q^o pater et filius simul uident om-
nia cognoscibilia creata, et creanda
et omnia essentia attributa. unde lite-
ra legenda est diuisim. omnia que sunt
in eorum scientia ut puta creata sim^{ul}
scit quilibet. Similiter omnia que su-
nt in eorum essentia ut puta attribu-
ta simul sciunt siue scit quilibet. ac
subinde non uult dicere q^o creaturas
sunt in diuina essentia.

Contra illa uerba post initium capituli
secundi (q^o scientia dei non est nisi de
his que sunt. uel fuerunt. uel erunt) Ar-
guit q^o deus scit omne quod potest face-
re. multa autem potest facere. que nec
sunt. nec fuerunt. nec erunt. ergo fal-
sum dicitur in litera. Preterea scientia dei
est infinitum ut dicit Augustinus 15
de ciuitate dei non tantum eorum que
sunt. uel fuerunt. aut erunt. R^o q^o ma-
gister loquitur de scientia uisionis que est
illorum tantum quorum ab eterno fu-
it prouisio. obiectum uero procedit de scien-
tia simplicis intelligentia que nullius in-
notat existentiam. quod patet. intelligit
enim deus omne quod potest. ac prout
argumentum nihil concludit.
Contra illa uerba circa medium eiusdem
capituli secundi (nec tamen potest incepe-
re scire. uel presire) Arguit q^o nihil
scit nisi uerum. ergo antequam scire uerum non
scit

scit. ergo si aliquid incipit esse verum
aliquid incipit a deo sciri. ergo et deus,
potest incipere aliquid scire. Item crea-
tio est divina essentia, et tamen ratio-
ne commutati deus potest incipere aliquid
ad creare. ergo similiter. et aliquid scire.
R. q. scire dupliciter accipit. uno modo
prout idem est quod scire cognitionem
de aliquo. et ita commutat actualem ex-
istentiam cogniti. et sic non potest deus
aliquid incipere scire. id est alicuius cog-
nitionem incipere scire. alio modo,
scire idem est quod scire aliquid esse verum
et hoc tunc primo scit esse verum cum in-
cipit esse. et sic incipit deus scire. et sic e-
tiam desinit prescire non ratione prin-
cipalis significati. quod est scientia. sed
ratione commutati. quod est veritas rei sci-
te.

9
contra illa verba circa finem capituli secun-
di (non potest ergo deus noviter ex tem-
pore scire vel prescire aliquid. sicut nec
potest noviter. vel ex tempore velle quod
nunquam voluit) Arguit. quod videtur
dicere ^{hic} duo contradictoria. illud enim est
novum. quod prius non fuit. et modo est
ergo si potest deus quod prius non voluit
videt quod incipiat velle. R. q. cum dici-
mus deum velle duo dicimus scilicet et
actum divine voluntatis. et ordinatio-
nem ipsius effectus ad illum actum. et
primum quidem est necessarium et sem-
per. nec potest incipere vel desinere sed
sunt enim divina est semper in actu su-
o. itaque nec potest illo carere nec alium
5a

Scire sed ordinatio alicuius effectus
 ad illum actum. est ordinatio rei futuræ
 quæ nondum est. ac proinde potest esse
 et non esse ordinari et non ordinari
 quando ergo dicit q. deus potest velle q.
 uod nunq. uoluit et tamen non exte-
 pore sensus est q. effectus ille potuit or-
 dinari ad diuinum uelle. et quoniam
 ordinatio effectus est ordinatio rei futuræ
 et quod est futurum semper fuit futurum
 et quod semel fuit ordinatum semper f-
 uit ordinatum ad illud. quando dicit
 q. deus potest velle aliquid. idem est di-
 cere q. aliquid potuit esse futurum siue
 scire ordinem ad diuinam uoluntate
 quod tamen non habet ordinem. si ta-
 men sciret ab æterno sciret et. ac sub-
 inde non incipit ex tempore. et exemp-
 lum magistri bonum est. si uelle deum
 portat ordinem ad uoluntatem in ratione
 futuræ sed secundum q. importat con-
 stantiam in ratione presentis potest
 deus ex tempore uelle hoc esse. siue hoc
 approbare hoc die non quia incipiat alio
 sed q. incipiat constatum.
 contra illa uerba prope finem capituli qu- 6
 asti (specialem providentiam atq. curam
 habet de rationalibus) Arguit q. sapi-
 entia 6. dicit equaliter est illi cura de
 omnibus. R. q. ibi equaliter non priuat
 ordinem diuine distributionis. sed priuat
 acceptationem personæ et omnibus distri-
 buit ibi tantum pro hominibus. tam pro par-
 uis

uis q̄z p̄ magnis pauperibus et diuiti-
bus et sic est deo equaliter cura de omni-
bus. q̄ ita vult salutem pauperum si-
cut diuitum.

De materia Suius distinctionis agit d. tho
1. p. q. 14. ar. 12. et 13. et q. 22. ar. 2. et
q. 1. ar. 16. de fato. et ibidem eius interpretes

*Utrum conclusio Suius
distinctionis vera sit.*

Pro hac consideranda questione sume
tibi quinque articulos duarum ques-
tionum. quos in hac distinctione dis-
putat angelicus doctor. ex singulis
singula prima desumendo argumē-
ta. Sic

Primum. q. deus non possit non scire
illud quod est scitum ab eo.

Secundum q. illis dato. deus non pot
est scire aliquid. quod nescit.

Tertium. q. deus sciat infinita ~

quartum. q. providentia pertinet ad
Scientiam

quintum. q. non omnium sit provi-
dentia.

Reliqua desumpta ad normam datā

vel magis ad rem sumit ex articulis
questionis. 14. primae partis quae sunt
sunt

quales sunt. deci-
mus, undecimus
duodecimus. et de
cimus quintus.

zine necessarij. et commette eos
Vel adhuc magis ad rem et propi-
us pro hac conficienda questione su-
me quattuor articulis ex dicta ques-
tione. 14 prime partis qui magis
suis distinctum quadrent. et commet-
te eos conficiens unam questionem
Et accipe quattuor articulos questio-
nis. 22 prime partis. et ex eis confi-
ces aliam questionem. que due ques-
tiones erunt satis ad dicendum //

fo

Distinctio 40. qua in
 cepit. Predestinatio uero
 de bonis. *et*

208

Postq̄ magister in precedenti dist
 inuēri⁶ egre. de scientia dei in ge
 nerali. Sic in capite agere de quadam
 eius specie. s̄ de predestinatione
 in speciali. distinctio autem quod
 quatuor capitulis absoluit. dividit
 in tres partes. In prima ostendit
 quod sic predestinatio. et hinc a princi
 pio usq̄ ubi. (Predestinatum nullus
 videtur posse damnari.) In 2^a subdit
 comparationem predestinationis et
 predestinatum. usq̄ ubi. cumq̄ pre
 destinatio. In 3^a subiungit quod sic
 effectus. tam predestinationis. q̄ re
 probationis. ab inde usq̄ in finem dis
 tinctionis. quod in ep̄thorem redacta
 sic habet

Predestinatio (quod scilicet prescienti
 am secundum intellectum presuppō
 nit) est gratia in presenti. et gl̄oria in
 futuro preparatio. Ipsa enim est so
 lum respectu saluandorum. Prescien
 tia autem etiam ad damnandos se ex
 tendit. est autem certus predestinato
 rum numerus. eo quod nullus damn
 andus saluari potest; nec saluandus da
 mnanda

Dubia Literalia

- 1 ^{Sive textus exp.} circa illa verba in principio primi capi-
 tus (predestinatio uero est de bonis sa-
 lutaribus) querit quid intelligatur
 ibi per bona salutaria? si dicas q. gratia
 et gloria. sequit q. sicut homo dicitur predes-
 tinatus. ita et gratia dici debeat predes-
 tinata. R^r q. prima predestinatio est
 preordinatio. in preordinatione autem
 tria concurrunt. quod ordinat. per quod
 id. et ad quid. primum est homo. secun-
 dum est gratia. tertium est gloria. et
 quoniam ille solus dicens est predes-
 tinatus. qui predestinatione ordinatur
 ides patet q. gratia et gloria non debent
 dici predestinata. sed homo solus. qui
 predestinat ad salutem.
- 2 circa verba ibidem in principio capituli
 primi immediate sequentia (et de homi-
 nibus saluandis, scilicet est predestinatio)
 dubitat. q. uidet insufficientis diuisio. cum
 enim predestinatio sit preparatio grati-
 e et gloria. sequit manifeste q. non sit
 tantum hominum. sed etiam angelorum
 R^r q. predestinatio unio modo dicitur pre-
 paratio boni. et sic conuenit homini-
 bus et angelis. et etiam Christo domi-
 no. alio modo dicitur preparatio boni.
 et liberationem a malo. et sic pre-
 destinatio dicitur propositum miserendi.
 et ita proprie est hominum. et sic accip-
 it magister hic.
- 3 contra illa verba post initium eiusdem pri-
 mi capituli (predestinatio est gratia prepara-
 tus. que sine preuentia esse non potest) Ar-
 guit

metrica sic
 saluus erit quemcumq;
 deus predestinat idem
 quem reprobat. Iniquas
 tribus adhibet aquas.

quod quod prescientia est malorum. unde
 et prescienti dicuntur mali. predestinatus au-
 tem est bonorum. ergo predestinatus po-
 test esse sine prescientia. sicut conuictus
 si dicas quod predestinatus est minus. Sicut pa-
 teris quod prescientia que est vniuersalis
 sicut communis. quare magis pre-
 scientia appropriat reprobatis quod pre-
 destinationi. Respondeo quod predestinatus
 addit ad prescientiam. et proinde habet
 nomen proprium. reprobatis vero non
 et propterea retinuit nomen commune
 sed quomodo hoc habet ueritatem cum
 reprobatis sic prescientia pena cuius de-
 est causa? dicendum ergo quod non sic addit
 ut destruat nam predestinatus dicit intel-
 ligere beneplacitum quod trahit ipsam
 in genus scientia practica simpliciter. et
 beneplacitum est simpliciter et absolute
 respectu totius communitati sed non sic est de
 reprobatione. quod uoluntas non est respec-
 tu mali culpae sed respectu mali poena-
 est et consequens non antecedens et quae
 ase tracta. et propter hoc quod minus destrua-
 hit a ratione scientia retinuit sibi no-
 men prescientia.

circa illa uerba in medio capituli secun-
 di (quibus respondemus ex caratione
 dictum esse, et uerum esse numerum e-
 ledorum non posse augeri uel minui)
 dubitat. Videt enim quod propter suam di-
 stinctionem non soluat questionem de
 augmento. Quisnam demonstrato quo
 sibi damnando uerum est dicere istum
 posse saluari. ergo potest esse predestinatus

et ex consequenti plures possunt esse predestinati q̄ sunt ac proinde potest numerus predestinatorum augeri. R̄ q̄ magister in hac prima responsione principaliter respondet ad questionem primam, utrum sit possibile damnari predestinatum? et bene scilicet per compositionem et divisionem. et per hanc solutionem patet aliquo modo response ad illud de augmento. Sed non plene. et propterea adest solutio sequentem que est explicatio huius, in qua dicit q̄ aliquis non potest incipere esse predestinatus, quamvis possit esse predestinatus, q̄ hoc est dicere q̄ ab eterno potuit. Et quoniam augmentum dicit maiorem numerum q̄ prius cum presuppositione prioris et nova additione. idem patet q̄ ex sua ratione distinctiōnem, et successiōnem dicit in partibus. Unde si aliquis statim cum est esset ita magnus quantus futurus est non diceret augeri. Sed tamen potuisset esse maior. ita in proposito intelligendum. vel aliter solui potest per compositionem et divisionem. sicut magister soluit possunt enim plures esse q̄ sunt, ergo potest numerus eorum augeri.

9 circa illa verba post medium capituli secundi (intelligentia enim conditionis implicita veritatem facit inditio. et impossibilitatem in veris) dubitat quomodo illud sit intelligibile. si enim idem non est causa oppositorum. et conditio implicita facit veritatem. quomodo facit impossibilitatem. R̄ q̄ magister vult dicere illud esse falsum demonstrato aliquo. istum damnari vel saluari est impossibile. sed si

addat et impletur conditio predestinationis
 facit ueritatem in dicto et impossibilitatem
 in uero. id est facit illud dictum cum modo
 impossibilitatis esse uerum. ut potest dicatur
 istum damnari et esse predestinatum simul
 est impossibile. siue istum saluari et non esse
 predestinatum est impossibile. vel aliter po-
 test dici q. dictum falsum alicuius conditionis
 uerum sit. ut demonstrat reprobo istum da-
 mnari est falsum adde conditionem predes-
 tinationis et fiet uerum. istum saluari si est
 predestinatus est uerum. Item eodem demon-
 strat istum damnari est uerum. adde conditio-
 nem predestinationis et fiet impossibile. is-
 tum enim damnari si est predestinatus con-
 iunctum intelligendo est impossibile.

circa illa uerba prope finem tertij capitis - 6
 (quod in actionibus uel in operationibus dei
 et hominum nullatenus concedunt) res-
 tandum q. operationes dei non minuat, quas
 explet nulla creatura mediante. sicut intel-
 ligere. uelle. et huiusmodi. et q. tales opera-
 tiones eternitate mensurantur et non tem-
 pore. ideo non sequuntur necessitatem pre-
 teriti. sed manent in libertate presentis. ita
 tamen q. immobilitas non tollat. non enim
 potest deus nunc uelle. et quod nunc uult pos-
 tea non uelle. sed suum eternum uelle sem-
 per est in libertate uoluntatis eius. et ideo
 ex ueritate predestinationis non sequitur
 aliqua necessitas. ex parte predestinantis
 sicut neq. ex parte predestinati. potest enim
 et

et predestinare. et non predestinare. ope
rationes autem dei et hominum in similitudinem
et quia a deo mediante creatura. vel in
creatura expletur, et quia ex parte creatura
tempore mensurantur. ides transeunt in pre
teritum. et necessitatem acquirunt.

contra illa verba immediate sequentia ad
dicta circa finem capituli tertij (ex quo enim
aliquid factum est vel dictum non conue
dunt quod illud possit non esse vel non fuisse)
Arguitur quod Christus dominus dixit Petrum
peccaturum. ergo postquam dixit fuit necessa
rium dixisse. et necessario sequitur si Christus
dixit hoc erit. quod dato opposito sequitur Chris
tum esse mentitum. quod est impossibile
ergo videtur cum antecedens sit impossibile
necessarium. quod necessarium etiam fue
rit Petrum negare. R^o quod in dictione Christi
duo sunt scilicet verbi prolati. et assertio
et quidem verbi prolati simpliciter est pre
terita et necessaria. et ex illa non sequitur
consequens non enim sequitur Christus do
minus hoc dixit. ergo hoc erit. pro tunc enim
hoc verbum est simile vobis mendax. est pre
terita assertio et illa sequitur illustrationem
divinae prescientia. sicut ergo divina presci
entia est certa et infallibilis. cui non potest
subesse falsum. et tamen aperit futurum
et immutat circa ipsum veritatem. ides non
est necessarium deum prescisse. quod prescivit
quamvis sit certum. et infallibile. ita intel
legendum est de Christi assertione. quod certitu
dinem et infallibilitatem habet a divina pres
cien

Scientia sed tamen non est necessarium Christi
 tum dominum illud asseruisse et idem po
 nat id non contingere potest et dominum
 non asseruisse. et sic patet illud et ex simi
 lia in assertione enim Christi duo sunt scilicet
 actus mentis et relatio ad futurum co
 tingens. siue ordinatio. et quavis alterum
 sit necessarium. alterum tamen est contin
 gens.

circa illa verba post initium capitis quarti.
 Sicut enim per destinationis effectus illa
 gratia est. qua in presenti iustificamur. In
 quibus ostendit q. per destinationem est causa gra
 tia. quæritur inquit genere causa. cum enim
 sit scientia videt decere causam exemplarem.
 Sed hoc non videt sufficere q. exemplar non in
 fert necessarium exemplatum. sed per scientiam po
 nit. et præterea si est causa aut universalis
 aut particularis non universalis q. tunc indi
 geret alia particulari adiuvante. non parti
 cularis q. tunc determinata esset ad unum ef
 fectum tantum. et iterum aut necessaria a
 ut contingens. non necessaria q. per voluntatem
 operat. nec contingens q. hæc est fallibilis
 et incerta. R. q. per destinationem est causa gratia
 et tota causa. sed non causa salutis sicut ex
 cludat cooperantes et disponentes adiutores enim
 Christi sumus. et nullus saluatur iniquus. Ad
 id autem quod quæritur inquit genere causæ. Di
 cendum q. per destinationem includit in se scientiam
 et beneplacitum voluntatis et dispositionem
 voluntatis. per quam placuit deo nos saluare
 que est summa bonitas. ratione primi dicit cau
 sam in genere forme. ratione secundi in genere
 ef

efficientis ratione tertij in genere finis. Ad
 illud autem an sit necessaria uel contin-
 gens, uel necessaria uel particularis. R. q.
 de omnibus istis modis causandi habet il-
 lud quod est perfectioris. non quod est im-
 perfectioris nam de proprietate uel uersa
 habet extensionem ad multa. de pro-
 prietate particularis sufficientiam ad sin-
 gula. de proprietate causa necessaria im-
 mutabilitatem. de proprietate contingen-
 tis habet arbitrij libertatem. q. potest fa-
 cere et potest non facere. conditiones au-
 tem imperfectioris non habet q. neq. ha-
 bet insufficientiam. sicut causa uel uersa
 habet limitationem sicut causa par-
 ticularis. neq. inmutabilitatem sicut ca-
 usa necessaria. neq. ueritatem sicut
 causa contingens

8
 Contra illa uerba post medium capitis quæ-
 sti (et sicut predestinationis effectus
 est gratia appositus) Arguit q. causa et
 effectus sunt correlatiua. sed relatiua su-
 nt simul natura. ergo quando cuiusq.
 est predestinatus est gratia appositus ex
 q. nullus est predestinatus nisi qui habet
 gratiam. Sed contra hoc est q. predesti-
 natus est non entium sicut dicit Augusti-
 nus in libro de fide ad Petrum. R. dicen-
 dum q. predestinatus non semper est cau-
 sa in actu. sed in habitu. et idem non est
 necessarium ut respondeat effectus in actu.
 sed in habitu. et ex hoc patet quod quæ-
 si consuevit. Vtrum predestinatus aliquid
 ponat in predestinato? Dicendum enim
 q. non necessario ponit aliud de presenti

Sicut

Siue in actu. qz multi sunt p[ro]p[ter] destinati
 qui non sunt mali. et multi qui mali sunt;
 sed ponit aliquid secundum habitum
 siue de futuro ratione cuius homo po-
 test gaudere. scilicet qz nomen eius s-
 criptum est in celo. et cum illud positu
 fuerit erit magnum. et illud erit ratio
 persistendi in bono. et perueniendi ad
 magnam et summam bonum. et ideo
 hoc bonum Sabituale p[ro]poneridiane. 1.
 gratia. qua est secundum presentem
 iustitiam.

circa illa verba immediata p[re]cedenti-
 bus post medium capituli quarti (utare
 probationis eterna quodam modo ef-
 fectus esse videt obduratus.) adverte ut
 ipsa innuit littera magistri qz non est
 cederendum simpliciter qz reprobatio ob-
 rationis sic causa. sed solum permissio-
 nis et ordinationis.

De materia huius distinctionis agit d. Thom
 1. p. 9. 23. ar. 3. et 6. et ibi expositores.

quærit de Veritate conclu-
 sionis distinctionis istius!

Pro hac questione sumitis quinque ar-
 ticulos. questionem quæ in hac dis-
 tinctione dicitur Thomas pertractat
 et connecte. est. formabis qz illam.

Vel sume octo articulos questionis
 23. primæ partis. qui facile connecti-
 pot

Distinctiones quae incipit
si autem quatuor mensuris

Sunt. Ut se invicem subsequantur. et
questuorem diffusam. nec aspernan-
dam comportes

[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, likely Latin, covering the majority of the page.]

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

per

Distinctio 41. quae incipit
Si autem quærimus meritū eſt.

Postq̄ magister in precedenti ostendit
quod sit p̄destinatus, et quis sit eius effectus
in hac distinctioe inquit de causa ipsiq̄.
absolute autem septem capitibus, et in
tres p̄cipuas dividit partes. In prima
ponit sententiam veritatis amplē tendam
a principio usq̄ ibi (opinati sunt tamen qui
dam) In 2^a elidit falsitatem usq̄ ibi p̄
terea considerari oportet. In tertia conclu
dit q̄ nulla mutatio fit in scientia deita
tis, ab inde usq̄ ad finem distinctiois.
quæ in ep̄th̄ memorata brevit̄er sic h̄c
obduratio quidem, quæ scilicet est gra
tia divina subtrahit̄ seu non collatio, me
ritum aliquid est. scilicet obdurati p̄ce
dens peccatum, non autem reprobationis
quæ scilicet est æterna. P̄destinationis
autem, neq̄ quæ ad æternam dei electioem,
neq̄ quæ ad temporalem ipsius gratiæ colla
tionem aliqua causa esse potest ex parte p̄
destinati, q̄ primam gratiam nullus me
ret̄, alias gratia non diceret̄; quæ scilicet gra
tis datur, sic ergo non p̄pter merita, vel
demerita futura deus hunc elegit, et hunc
reprobavit, sed libere iuxta sui beneplacitū
in summat̄. Neq̄ vero dei reprobatio est
causa peccati, sicut tamen eius p̄destina
tio est causa boni, cum peccanti lib̄rum de
dere arbitrium. quamvis autem p̄suet̄a
deus, quæ est respectu futurorum, minui possit, fu

non obstante q̄ quidā
opinati sunt p̄pter fu
tura merita aliquos
p̄destinari aut repro
bati a deo ad quod ad
ducunt auctoritates
Augustini qui videtur
dicere deum elegisse
Iacob̄ p̄pter eius
fidem p̄quisitam et
non p̄pter opera tan

tangit si fides esset a nobis. non autem per meritoria, ^{quia} sed il la dicitur a spiritu sancto, sed Augustinus postea retractavit illud quod fides inter munera dei computat. sicut et opera, sed tamen utrunque deum nostrum quod sine nostra voluntate non est. et utrumque deus quod non sine dono dei gratis. Videtur ergo Augustinus dicere quod futura fides in Jacob fuit causa predestinationis. Sed sicut dicit magister Augustinus sine retractavit. quia gratia non esset gratia sed debitum. ubi etiam dicit inter alia quod aliquid procedit in peccatoribus per quod sunt digni iustificatione per quod non intendit quod iustificatio sub merito cadat. Sed quod alii qui non ita peccant quod de merito mereant sibi gratiam apponi.
 Postea tangit errorem eorum qui dixerunt quod ante prius peccaverunt et postea secundum meritum.

turis sicut in presenti vel preteritum transeuntibus, non tamen minus potest eius scientia, que videlicet est omnium preteritorum, sicut et futurorum et presentium.

Sec de licet distinctio, quam magister fusiuse persequitur inductis specialiter auctoritatibus. ^{5.9. et 11. Rom. 9. et Malac. 1. et de predestin. c. 18. Rom. 7. Augustini lib. 1. retract. c. 27. 1. cor. 12. Malac. 1. et}

ex quibus eliciuntur conclusiones in quibus eius tota summa consistit. uel una trium.

1^a Prima Predestinationis non cadit sub merito sicut obduratio.

2^a Deus propter nulla futura merita uel demerita. sed libere ab eterno elegit. uel reprobauit.

3^a Sicut deus omnia sciat que prius sunt non tamen prescit que prosunt.

Dubia Literalia ~ sive t. exp

circa illa verba in principio capitis secundum Copinatis sunt tamen quidam deum idem elegisse Jacob quod talem futurum presciunt) dubitat quoniam huiusmodi positus non uidetur opinio. sed heresis manifesta. iuxta eam enim non datur gratia ^{ad deo} homini gratis, sed ex merito. qui est pessimus error Pelagij. R. quod illa uox idem potest dicere causam meritoriam uel rationem congruitatis. Si dicat causam meritoriam. quam uis prima fronte non dicat errorem. ad ipsam tamen se

Augustinus
 in libro
 retractavit
 A

sequitur error. si uero dicat solam ratu-
nem congruitatis, si non est error, ha-
bet tamen temeritatem quandam. qd
oculto dei profundo nititur reddere ratio-
nem. ac proinde utroq; modo digna est re-
tractatione

2 circa illa uerba prope medium capitis secundi
qua adducit magister ex Paulo Rom. ii. (re-
sequia per electionem gratia salua fiunt) que
ut dicitur uerbo Apostoli. quod assumit Au-
gustinus in qua subtilitate construat ille ge-
nitivus qd gratia. nec uidetur eligens. nec elec-
ta. Item gratia est solum ex tempore. ergo
et electio. R. qd si intelligat de electione te-
porali. tunc electio gratia dicitur qd fit per gra-
tiam: si autem de electione eterna. tunc
dicitur electio non ut gratia. dicat Subitum
ed ut construat sicut genitivus ex ui declara-
tionis essentie. unde dicitur electio gratia id-
est gratuita. qua merita non considerat et
si obiciat. qd uerbes genitivus non construit
ex illa uij. dicendum qd uerbum est nisi habe-
at uirtutem dorum. Unde bene dicitur Vir
sanguinis. et Somus auctoritatis. similiter
electio gratia id est gratuita bonitatis

3 Contra illa uerba post initium capitis tertij
(precedit ergo aliquid in peccatoribus, quo
quamuis non sunt iustificati digni effici-
e iustificatione) obicitur qd peccator ante
iustificationem manet in peccato. et quan-
diu manet in peccato indignus est pane quo
uescit (sicut dicit scriptura) et etiam ipsa
uita ut puta dei inimicus. ergo. R. qd uer-
bum illud Augustini retractatum est. et re-

*
uita uel demerita
corporebus tunc in
carceribus sunt in-
fusa et inclusq;
quam opinionem
Augustinus dicit
erroneam esse.

A ex qua ~~conclusionem~~
elicitur conclusio in
qua eius fere tota su-
ma consistit. que ta-
lis est.

Predestinatio dei elec-
to uel reprobato non
cadit sub merito: si-
cut obduratio, nec de-
ditur prescire que pres-
ciant

metrice sic

non deus ex meritis -
quemq; predestinat et si
Peccatus reprobus sor-
deat ipse suis -

tractatum intelligit in prefata retractata
 twna. quae ponit in precedenti capite. Aut
 decendum. q. dignitas tantum ualet ibi quae
 antum congruitas solum. Et multa possunt
 esse congruitates in peccatoribus ad gratiam
 gratum facientem per multipliciter gra-
 tia gratis data.

circa illa verba in fine capitis tertij (ides qz
 dixit in quibusdam procedere quos digni sunt
 iustificatione et in alijs quos digni sunt obtu-
 sione. sed hoc frius lumen est) nota q. ides ad
 dit frius lumen esse. q. nimis est extorta expo-
 sitio ut dicat illos esse dignos gratia. q. non
 sunt ita indigni. ut alij.

contra illa verba prope finem capitis sexti
 (neqz prescire deus desinit nisi cum futura
 esse desinunt) Arguit. qz prescientia dicit
 quid eternum, eternum autem nunqz esse
 desinit. ergo nec eternitater prescien-
 sinit prescire. Item Richardus dicit q. quae-
 atur sunt combinationes. quaedam enim
 sunt quae Sabent principium et finem. quae-
 dam quae Sabent principium et non finem ut anima
 quaedam quae carent principio et fine. quae-
 dam quae Sabent finem sed non principium
 et hoc est impossibile. quod enim caret prin-
 cipio non habet esse absunde. quod autem
 tale est seipso est. ergo est omnino immu-
 tabile. ergo non potest desinere. ergo si pre-
 scire caret principio. necesse est q. careat fi-
 ne. R. q. sine dubio sententia magistri
 uera est cum dicit. q. deus desinit aliqua
 prescire cum fiunt presentia. si enim pre-
 scirebant qz futura. et iam desinunt esse
 futura. consistens est q. desinunt presciri no-
 ratio

ratione eius quod est scire sed ratione pro-
 positionis. Ad illud ergo quod obicitur de
 eterno ducendum quod aliquod nomen pu-
 re eternum importat, aliquod uero nom-
 en importat eternum connotando tempo-
 rale. Hoc nomen deus pure eternum im-
 portat. Sed hoc uocabulum prescire dicit
 eternum connotando temporale. et iux-
 ta hoc aduertendum est quod quaedam conno-
 tant temporale ut ens in actu. et quod tale
 temporale esse potest. et desinere potest,
 id est tales actus circa deum dicuntur scire
 incipit, et terminum. ut puta si dicat
 deus conseruat hanc rem. Conseruare di-
 citur essentiam connotando actu effectum
